Dignum ducavi

Ut antiquorum doctus laboribus posteris pro
labore. Ego . G . existimavi Lucanu(m) expone(re) ut q(uod)
audiendo vel legendo didiceram iunioribus tradere.
Ergo historialia et poetalia noscere cupientes siquid in hoc utile
est deo gr(ati)as agant a quo om(n)e bonum est. Sed errori vel defectui
parcant. In nullo en(im) desipere nec errare divinum est potius q(uam)
humanum. In principio videnda sunt aliqua de autore de ma
teria libri et de ipsius intencione finali. Lucanus fuit p(at)ria
cordubensis cuius patruus et vir Seneca fuit. Unde cum ci
vitas Corduba rebellasset romanis victa et capta fuit a Nero
ne et ip(s)e Lucanus et Seneca Romam captivi sunt ducti. quorum
Seneca in magistrum electus est Neronis. et honoratus est primo.
Deinde eligere sibi mortem est coactus ipsius crudelitate Ne
ronis. cui voluptas erat occide(re) bonos viros. Lucanus ut fa
mam compararet animum ad scribendum applicuit. Sed cum Nero
cognosceret aliqua in obprobrium sui scripta ut in principio libri
patet. fecit ipsius linguam evelli eumque in ignem proici. Ergo
liber neque correptus neque completus est. Dicitur autem Lucanus
q(uasi) lucem canens. vel q(uasi) luce canens. Nam int(er) ceteros po
etas eluxit. dum longum ordinis constructum semper vitavit.
Unde dictum est. Continuo nu(m)q(uam) direxi carmina ductu. Que tractim
serpant plus michi coma placet. Accipitur autem coma pro brevi
dictatione. Materia libri huius. narrare civile bellum quod gestu(m)
est int(er) cesarem et pompeium generum suum. In quo bello Cesar victor
fuit. unde solus tenuit Monarchiam Ro(ma)ni imperii. A quo post
ea subsequentes imperatores Cesares sunt vocati. ante quos Roma
per Senatum et populum regebatur. Sed ut loquentia plenius
elucescant. summatim aliqua de Romana historia sunt dicenda.
Apud Romanos tres maxime potentes erant. s(cilicet) Crassus pompeius et
Cesar. Crassus ivit contra partos de quo i(nfra) dicetur. pompeius
remansit in urbe. Cesari tres provincie date sunt. s(cilicet) Gallia trans
alpina et cisalpina et Illiricus cum legionibus septem in quinquen
nium. hic cum magna bella gessisset victor rediens postulat sibi dari
triumphum ut dicunt quidam. Sed negatur a pompeio et Senatu
potissima causa erat quia nondu(m) perfecto bello per aliud quinquenium
principatum sumpserat. Sed veri historiografi dicunt negatum illi
triumphum fore quia no(n) paruit edicto. Narrat namque Suetonius
q(uod) Romani videntes profusas largiciones Cesaris quibus reges
et civitates et etiam romanos cives alliciebat videbant etiam ali
quid fieret. Unde statutu(m) est ut Cesar ante tempus dimittat ex
ercitum et provincias. Cesar timens. s(cilicet) privatus iret in urbem
ne damnaretur propt(er)ea que egerat contra rei legem. bellum pa
rat. Dicit enim paulus Orosius q(uod) cesar poposcit sibi absenti al
terum consulatum decerni. quod contradictum est a Marcello consule

Quale med[illegible] [illegible]
Et [illegible] [illegible]
[illegible] sibi [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
adhuc [illegible]
[illegible]

amicum pompeio · tamen dignitatem · C · defendebat · M · Antonius
et p Cassius · tribuni Et curio simul qz Celius · qui tandem curia
a foro qz prohibiti ad Cesarem sunt profecti · deinde a sena-
tu decretum est · vt Cesar non rediret in vrbem nisi exercitu dimisso
Cesar his rebus commotus bellum parat Ariminum qz venit cum
quinqz cohortibus quas tunc secum solas habebat · cum quibus vt
dicit liuius orbem terrarum adortus est · deinde omnem suum exercitum
reuocauit in castra · Et insimul auxilia amicorum eius crescen-
tibus viribus pompe · fugit ex vrbe iuit qz Brundusium · deinde cum
Cesare insequente fugit in greciam · ad quem multi Reges orientis in
auxilia diuersarum gencium conuenerunt · Cesar a Brundusio discedens
romam rediit ibique spoliauit erarium · deinde massiliam pergens ea
rebellante obsessam dimisit · ipse in hispaniam vadens petreium et
affranium duces bello domuit inde regressus In greciam pompe-
ium apud durachium obsedit / ibi tamen victus In emathiam dis-
cessit vbi pugna commissa pompeium vicit victus pompeius in egi-
ptum ad ptholomeum Regem confugit a quo est in graciam Ce-
saris interfectus · Cesar in Egiptum venit · vbi bello pulsatus egipti-
os vicit Et amore Cleopatre incensus victam illi donauit egiptum
vsqz ad istum locum vel paulo minus Lucanus scripsit · post hec cesar
transiuit in affricam vbi pars pompeiana conuenerat sustentata
auxilio Regis Iube · Est autem ibi cum ipso Rege et Romanis pugna-
tum a Cesare qui magnam multitudinem hominum interfecit · postea
Cesar romam rediit cum triumpho rei publice desperatum statum · deinde
in hispaniam contendit contra filios pompeii qui arma resumpse-
runt contra eum · his victis Romam rediit · sed in curia viginti-
tribus vulneribus a Bruto et Cassio plurimo consenciente sena-
tu interfectus est · Antonius princeps milicie Cesaris decimum Bru-
tum Iam suis motibus resistentem aput Mutinam obsidione con-
cludit et etiam in cesaris vltionem · Interea ipse Antonius hostis
a senatu pronunciatus est · Et in auxilium Bruti missi sunt duo con-
sules · s · Hircius et pansa · Et cum his Octauianus qui erat
qui erat Cesaris nepos ex sorore natus · et eius filius adoptiuus
Sed erat Octauianus inimicus antonii quia testamento cesaris
octauianus ipsius heres erat Sed ipse antonius eodem testamen-
to erat substitutus heres · octauiano · propter quod antonius do-
lens Octauianum prelatum sibi eum hereditate tentabat expellere ·
Hec erat inimicicie causa · contra antonium primo pansa pugnans
occiditur · Hircius collige auxilium ferens antonii copias magna
cede deleuit Octauianus eadem die bello abstinuit · Sed secunda
pugna commissa ex antonio ab vna parte ab octauiano et hir-
cio ex alia magne vtrinqz cedes facte sunt Et hic fuit prelii
finis quia hircius consul occisus est Antonius victus aufugit
Octauiano victori occisorum consulum vtrique exercitus paruit · po-
stea fit societas inter lepidum dominacium cupidum · et octauianum
optinentem vltum iri de percussoribus Cesaris Et antonium supradictum

I

qui volebat vlcisci de senatu qui eum pronunciauerat hostem. Et
tercio de occisoribus cesaris. in obsidem firmandam Octauiani priuignam
in coniugem accepit. Antonius ille decius Brutus discedens a mu-
tina in gallia captus et asequatus occisus est. alter Brutus qui
de interfectoribus cesaris fuerat. Et cum eo Cassius in greciam eun-
tes magnos congregauere exercitus quos octauianus et antonius
in macedoniam persecuti eos vicerunt et victos ad mortem coege-
re. Hac re perfecta conuenerunt vt cesar romam cum septentri-
onalibus partibus teneret. Antonius vltra mare deberet regere.
Tunc frater dicti antonii s. lucius antonius octauianum incepit
infestare Cremone ipsis cremone subsequentibus cum vbi victus
sed colonis expulsis de cremona et mantua propter agros donan-
dos veteranis militibus in militie precium a cesare octauiano cum
illis colonis. Antonius. in armadicat in octauiani intra muros
perusii redactus extrema fame ad dedicionem coactus est. quo occiso
frater eius Marcus antonius fratris cede commotus et elatus pecunia
quam ab armenie rege parthabanon sustulerat prodicione et do-
lo potius quam virtute bellum denunciat Octauiano et repudium
dat octauie sorori cesaris accepta in coniugem Cleopatra. Co-
missum est bellum inter eos magnum et famosum apud actium promon-
torium Antonius cum Cleopatra victi fugerunt. vnde pluribus
bellis victi desperacione coacti sunt ad mortem. Itaque se ipsum interfe-
cit antonius. Cleopatra quia postea in triumphum ducendam se re-
seruari intellexit. morsu aspidis sibi mortem admissam quesi-
uit. Octauianus finitis bellis ciuilibus toto orbe pace composita
solus tenuit Romani imperii monarchiam propter quod au-
gustus appellatus est ab augendo rem publicam. quod nomen sequen-
tes in laudem imperatores sumpserunt. huius tempore natus est
christus. Hijs visis pro materia bellorum dicendum quod intencio lu-
cani est narrare hec bella ciuilia vt illa vituperet alienos er-
rores ad aliorum ostendendo cautelam ideo incipit. Quis furor o
ciues vbi incipit Romanos reprehendere quia talia bella gesserunt.
Sed quia videtur hec incepcio minus et non ydonea videbatur scripsit
hos versus in principio Bella per emathios In quibus que sunt narran- ipsius sunt hec bella / tam non fecere
da proponit Ex quibus omnibus patet quod causa materialis est ciui-
le bellum ante dictum. fformalis causa est modus metricus scri-
bendi heroico carmine. Efficiens est Lucanus. finalis est vitu-
peracio belli ciuilis et finis comparacio ab ipso Lucano intenta.
causam instruccio inuenimus in arte retorice. supponitur hic liber
ethice. Et est libri titulus Incipit liber lucani. Nunc ad litte-
ram accedendum Bella Bellum dicitur tota guerra prelium dicitur ipse
conflictus. vnde dicitur quod Romani multociens in prelio victi sunt
in bello nunquam. hic tamen bellum pro prelio ponitur in Ema-
thia gestum. sed ideo in plurali ad facti magnitudinem denotandam
per campos gesta campis Emathijs Canimus rec-
et scribimus plus quam ciuilia Bellum triplex est quoddam hostile
s. quod est inter inimicos et extraneos. aliud ciuile quod est inter ciues
vnius ciuitatis/ aliud plusquam ciuile quod est inter coniunctos parentela
et affinitate

et hoc est tale ius datum sceleri causa Cesaris primo iure et legi
bus discrepancerat. p⁹ ea bellum decretatum est unde i. decendum
est indicere bello. populum q² potentem in vi g. in. de populus Roma
nus potenciam quam habebat contra seipsum convertit. cognatas aci
es cognati sunt qui per sexum femineum coniuncti sunt sicut agnati
qui per masculum ab aliquo sexu descendunt i. hic tamen autor pro indif
ferenter accipit cognatos pro his et illis. destructo federe regni deste
ructa concordia regencium rem romanam et cominus certatum fuisse.
totis viribus concussi orbis ex universo orbe auxilia vel ad pompeium
venere. vel romana bella commoverant totum orbem. In commune ne
phas. utramque partem accusat unde [illegible] ingratus Cesar qui bellum
de gallia transtulit ad urbem. ingratus pompeius qui alios rei p[ublice]
prefecit ut sibi dominacionis invidiam detraheret. et cominus. signa
obvia infestis i. contrariis signis et pares aquilas utraque pars signa
publica gerebat unde publice peccatum fuit. pila minancia ostendit
privatim fuisse peccatum. pila sunt arma militis Romanorum sicut
sagitte parthorum. theotunicorum enses et diverse gentes diversis
armis utuntur in bellis

Quis furor hic incipit lucanus et dividit in tres partes
librum hic. quia in prima invehit contra romanos ge
rentes civilia bella dicendo ut mos est poetarum
invocat. 2° narrat. ibi secunda Nec si te. ibi 3ª fert animus. p⁹
prima dividit in iiij^or quia primo vituperat civile bellum. eo quod
impedivit ulcionem que debuit fieri de parthis Crassum occidentibus. 2°
quia si hec bella fuissent gesta contra alios totus orbis acquiri potui
sset. bello autem civili ipsi seipsos perimerunt. 3° Magnificat ma
lum belli civilis comparacione aliorum bellorum quibus vexati fuerant.
4to vituperat id ex fine qui consecutus est. i. quod servitute quam inde
imperatores debuerunt et precipue quia Neronem habuerunt in [dominum]
qui fuit iniquissimus hominum ibi 2ª heu quantum. ibi 3ª Non tu pirre. 4ta
Et si non aliam. Dicit prima parte cum magno furore acti sunt
Romani. qui cum deberent ulcionem facere de Crasso bella contra seipsos
gessere in sui perniciem mutuam. Dicit 2° quod oriens occidens meridies
et septentrio fuisset subiugatus sanguine fuso in civilibus bellis quibus
[illegible] acquisitum est. Dicit 3° quod olim multis bellis fuit ytalia ve
xata. sed nullum fecit tantum mala quantum civilibus. Dicit 4to de omnibus
malis romanos contentari ex quo bonus finis consecutus est. i. quia
habent Neronem in dominum et ita hoc magnus est furor et magna
fatuitas dare sanguinem suum inimicis effundere casi et hoc derisive dicit
et viciis neronem multis notat. Quis furor o ci[ves] id est sensus est
quod magnus est furor et magna fatuitas dare sanguinem suum inimi
cis effundendum. Invisis gentibus i. odiosis Nam odiosus qui alios ad⁹
odio habet vel qui odio habetur et hoc modo ultimo accipi debet
Nam Romani orbem in viciis lacessentes odio ab aliis habebantur.
licencia ferri i. armorum quorum debet esse rara licencia. iuxta
illud terencianum omnia prius decet sapientem experiri quam ar[ma]
Cumque superba foret babilon quia Crassum occiderat vel superba

I

.i. magna hec cum civitas fuit potentia et edificiorum structura
nobilis valde quia humana ope vel construi vel destrui merebi- de crasso
bile erat. Umbraque Crassus collega pompei in parthos sortitus
provinciam homo inexplebilis cupiditatis iherosolimam adiit templum
spoliavit deinde congregatis auxiliis sociorum Eufratem transiit. cui
Vagases legatus Erodis parthorum Regis obviat cum increpans quod
Eufratem transisset avaritia ductus contra fedus Luculi et pompei.
sed futurum est ut non auro parthico sed ferro oneraretur. Itaque cum
Crasso ad recipiendas civitates iretur parthi de insidiis egressi subito cum
aggrediuntur sagittarum quoque multitudine oppressere romanos perierunt
quoque legiones et viri illustres Et ipse Crassus una cum filio Dicit enim
valerius quod Crassus militem parthum virga percussit qui dolore com-
motus oculo quo percussus erat. Crassum mucrone transfixum
occidit. sic optabat Crassus ne vivus ~~erat~~ duceretur. postquam autem
periit in os eius liquefactum perii aurum miserunt cum increpa-
tione dicentes aurum sitisti aurum bibe. Spolianda trophaeis tri-
umphus est plena victoria. Trophaeum quando hostes solum fuga-
tur. hec tamen duo non seperantur. Ausoniis Italia dicitur ausonia a
duce. Umbra inulta Erat opinio quorundam gentilium quod cor- de error anime
pora qui carebant legittima sepultura errarent sine certa sede
unde Virgilius. Centum errant annos. Item alia opinio erat quod
qui per iniuriam mortui fuissent graviter dolebant qui facta ve-
tione pyca placabantur eorum anime. Nullos habitura triumphos
de hostibus subiugatis recipiebatur honor triumphi non ex suis
civibus victis. Unda venit titan i. oriens. Et nox ubi sidera condit
i. occidens. quaque dies i. meridies in quo calor intensus est propter
solis propinquitatem. Ora bruma septentrio cum sithia propinqua
est. cuius mare ita glaciatur quod propter vere glacies non liquescit
nec nix. sed usque ad calorem extremum durat. Deinde specialiter que-
dam loca remota tanguntur. ut Seres et est Seres opidum in
oriente situm quo Seres populi dicuntur. apud quos de arbo-
ribus lana depectitur que sericum dicitur ignoti facie. sed noti
vellere Seres hii enim ab aliis gentibus remoti sua vendunt ali-
ena non emunt. Barbarus. Armenius populus ferreus. Araxes fluvius
armenie a rapacitate dictus. super quo dum pontem alexander con-
struere conatus esset fluvius cum magno impetu evertit de quo
est illud. Et pontem indignatus araxes. Et gens si qua iacet
sub romanorum iuga iniuisset gens que habitat in locis tam
remotis. quod capud i. nili principium ignoratur de quo multa multa
dixit in decimo libro. Tunc si tantus amor o roma si optas
bella cum subiugaveris orbem tunc hoste deficiente tecum pugna
sed hostem adhuc habes ut dictum est supra s. parthos. At nunc
semiruta est sic ordinanda littera o pirre ferox tu non eris auctor tan-
tis cladibus ponit eris pro cognosceris et est usus futuro de
rebus preteritis. Nec tu plenius quod pro quia moenia pendent
semirutis tectis. Nam he sunt clades inducte per cives. Nam de bello punico
legitur tempore belli punici ytaliam valde fuisse desolatam

et gentibus evacuatam Cumque adhuc dicat vestigia apparere . vt menia
pendent . Muri civitatis qui dicuntur menia a muniendo ruinam mi:
nantur / eorum parte destructa . . semirupta tectis , i domibus posita parte
pro toto . et sic dicit publica et privata edificia fuisse destructa
dampnis . n . eu . te . Illa edificia que integra sunt habitatoribus plena
horrida que de dumus agri inculti sunt deficiente cultore que omnia
arguunt ytaliam multis hostibus fuisse vexatam Inter ceteros tamen ho
stes magis famosi sunt pirrhus et Anibal . hij enim cum ro
manis de imperio certavere Nec ab his tanta fieve bella completa
fuerunt a bello civili vnde dicit vulnera dex . ci . sedent alta d' pirro
i se plus profundavere quam cetera mala ponitur autem aliud.
de hanibale vt dicitur de pirro hic aliquid sciendum Tarentini
romanam classem preterevntem spoliavere prefectos navium occiden
tes et omnes vtiles bello . reliqua turba denudata ad hos missi
a romanis legati pulsati graviter redierunt . His acceptis inju:
rijs romanus exercitus in Tarentinorum fines ierunt . Et inlio con
sule ad id bellum duce omnia vastat iniuriam acceptam crudele
crudelius vindicat pluribus oppidis expugnatis et dirruptis .
Qui hos pirrus defendendos suscepit Epiri viribus Tessalie et
macedonie vt cognatam defenderet grecie civitatem Nam Tarentum
Lacedemonijs conditum extimabant Itaque pirrhus cum elephanti:
bus in ytaliam transit Commissa pugna Romani novo pugnandi
genere territi victi sunt . fertur autem quod cum pirrhus videret
romanos pugna interemptos in pectoribus vel vna fere omnes in
manibus enses relictas vel in vulneribus minas . dixit quod fa
cile erat orbis imperium occupare aut michi romanis militibus
aut me Rege romanis . Sed pirrus in apulia cum Romanis pugna
vit vbi vtraque pars multum de gente amisit in bello victo:
ria tandem romanorum fuit pirro vulnerato et elefantibus
actis in fugam immisso igne per posteriora eorum emollia et in
turres quas super se gestabant in quibus stantes armati pugna
bant propter de elefantibus dicit vegetius quod sicut primo fu:
erit terrori . Ita postea fuerunt derisui pirrus hoc bello victus
in siciliam concessit vbi mortuo Rege siracusano in cuius locum
electus est . Inde contra Romanos iterum venit cum reuersum Cu:
rius consul excepit et aput Lucaniam pugnavere In qua pu
gna dicunt pirrum habuisse octingenta milia peditum . equitum
sex milia . De prelio victus pirrhus refugit in greciam qui fu:
erat per quinquennium in ytaliam commoratus . hic dum amplio
rem intitur reparare exercitum aput argos lapide percussus
vitam finivit Nulli penitus descende Nullus potuit modo Nos di
vide sicut dimisit civile bellum Et si non aliam dividitur
hec pars primo dicit romanos contentos de omnibus precedenti
bus malis ex quo ille premium tale est quod Nero regit rem pu
romanam secundo ostendit quid optat Neronem fieri post mor
tem . ibi secunda tectum statoris dicit primo quod si non potuisse

I

fatum fuit quod Nero esset dominus nisi precedentibus bellis ciuilibus sic
nec poterant dei in celo quiete regnare nisi post bellum gigantis
contentum sumus cum hiis malis que euenere. et cumulat illa ut duos
pharsalia. et intelligimus bellum emathie de quo narrat de
in septimo. Et penum saturentur sanguine manes Et intelligit bellum
gestum in libia de quo supra tactum est. Ultima funesta postquam
Rex Iuba cum Scipione et filius pompei aliique romanis victus est
filii pompei in hyspania bellum contraxerunt contra quos Cesar multa
bella satis varia gessit. ultimum autem prelium fuit apud mundam
ubi tantis viribus dimicatum est quod Cesaris milites veterani fuge-
re non erubescerent. Ex quo Cesar ut tantum dictus voluntarie se
occidere cogitauit. Et sicut Lucius florus dicit erat illa longa
felicitas tam suspecta, verum commutata fortuna pompeianorum ex-
ercitus in fugam conuersus et victus est Et dicunt hoc bellum
quatuor annis durasse Ideo dicit funesta quia ibi multum
cedis actum est ultima pugna hoc fuit ultimum bellum quod cesar
par gessit. Nam postea romam rediit ubi occisus est ut dictum
est supra| Ideo sequitur hiis Cesar ubi de morte sua intelligit de
quo Seneca dicit quod diuum Iulium plures amici confixere quam inimici
quorum id impleuerat spes insaciabiles nec quisquam liberalius vi-
ctoria usus est ex qua nichil vendicauit sibi nisi dispensandi po-
testatem. et addit quod plures contra se vidit amicos. deinde po-
pulos. perusina fames bellum inter Lucium antonium et octa-
uianum de quo supra tactum est per labores mutine Intelligit be-
llum inter Antonium et defendentes Brutum ut hircius pansa et
octauianus fuit. Et de hac eciam dictum est. Et quas bellum
inter antonium et octauianum de quo supra dictum est construe
sic et accidant. classes quas aspera leucas premunt leucas. de
mons est iuxta quem Augustus antonium vicit et dicit aspera
quia ille mons est saxorum asperitate terribilis ambulantibus
Seruilia bella Sextus pompeius conuersus ad latrocinia seruis
undique conuocatis omnem oram ytalie cedibus et rapinis vastauit
et cum meatibus impeditis romam fame affecit. cum quo octa-
uianus cesar pluribus preliis pugnauit et quasi victor quasi vi-
ctus est. demum Cesar agripam contra Sextum pugnare iubet qui
nauali bello conflixit et vicit Centum lxiii tres naues Sexti et
cepit aut mersit vix cum xvii nauibus per fugam euasit. hec
acta sunt apud ethnam montem sicilie. cuius apex summus eo
tempore ardebat ignes euectuans Ideo dicit ardenti ethna c/In
hac parte Certum statione dixit quod postquam Nero diu imperauit ita
deus in celum non ponat sedem in Septentrione qui dicitur articus
polus nec eciam ponat in antartico nec existens in extremis sit grauis
celo sed sit in medio ubi in neutram partem preponderabit serus
optat ei tardum introitum. sed per contrarium dictum est quia
Romani eius optabant mortem. commendat eciam eum quia non
descendet ad inferas ut alii homines sed dicit eum ad superos.
adscensurum ut deificaretur propter virtutem ut hercules castor.

rex juba

et pollux et multi alij per virtutem. sed derisiue dictum est quia
carebat omni virtute. Regia .r. p. c. te. ga po locus celi vbi est
maior ptas gaudentibus omnibus te recipiet ad quodcumque officium plus
optabis vt seu sceptra tenere; si volueris omnibus preesse ex quo vult
eum indignum notare imperio seu tu flammigeros .u. g. c͞tus. siue
vel rege currum solis. et lustrare; deuere tellure nil mutato so
le timentem; i mutato terrore cuneus nil timebit terra vt fecit te:
pore fetontis. et dicit igne vago quia sol vnus ex planetis qui
dicuntur vagi quia nobis videntur errare. Secundum quod sicut oui:
narrat in secundo Metamor. pheton petiuit a phebo regimen
solaris currus per vnum diem vt per id pateret quod ipse filius esset
phebi cuius tauntarum ei obiectum erat. sed phebus primus ei
dissuasit ne per vicio suum opus exposceret. et ei difficultatem reix:
posuit sed precata concessit illi in proposito pertinaciter perdurenti Et
hoc ideo quia phebus promiserat non negare quicquid exposceret ipse
feton. Ille accepto currum vel difficultate turbatus est Equi rectore
sentientes ignarum dimisso solito currum per transuersa et de
via discendebant ex quo aucto calore solis terra cepit exurgi. q:
re Joui conquesta est Joui dicendo de incendio quo patiebatur fonti
bus et fluminibus exitatis Jupiter iratus phetonem fulminauit qui
fulmine extinctus cecidit in padum. Et licet hec per poetas fa
bulose narrantur phi tamen dixere hoc fuisse vecum diuendium
id est futurum quo volunt ei quandoque nimia inundacione aquarum
quoque nimio caloris estu magnam partem perire. Sed lucanus
hic dixit quod regimine neronis omnis erit sine temperancia et
modo. Tibi nunc ab omni omnis deus tibi suum dabit officium quod
voles. Natura relinquet tuo iuri tue potestati et idem est cum pri:
mo vbi regni vbi voles ibi erit mundi ptas. Sed neque in arc. non
ponas sedem tuam in septentrione neque in opposito .s. versus hau:
stralem et hoc est nec ponas ea parte qua calidus polus austri ad visi
vergitur auster est ventus a meridie flans vergi est inclinari.
polus autem articus qui dicitur septemtrio supra nos sed in meridie fit
inclinato ad aliud polum qui dicitur antarcticus et australis et red:
dit causam duplicem. quia si poneret sedem in extremo nimis
grauaret celum in extremum cuius posita preponderat in alteram par
tem Deinde non videretur roma directo aspectu Et dicit obliquo
sidere quia contexeret illud sicut dicitur Julio cesare Castore hercu
le et pollux et similibus ergo tene pondera, i pone pondus
tuum in medio orbe. celi librati equaliter extremis distantis vel
vbi libra est circulus et libre et arietis in medio spere est
pars etheris illa serena tona. pars in qua pones sedem sit
serena et nubibus vacua et huiusmodi est plaga meridiei propter calo
rem enim in magna parte primi climatis rare sunt pluuie et
hoc ideo dicit luca. se nolle vt nulle nubes inter neronem
deificatum et romam interponantur et obstent visui suo. Sed
dicitur quod propter hac dicunt celum gaudentem de suo aduentu

I

signare volt per contrarium omnes bonos de illius imperio doluisse.
Per regimen currus solis innuit orbis mundi quod vero molitum
est. quod dicit in septentrione non ponendo sedem nec est in parte oppo
sita innuit multas civitates de illis partibus rebellasse per hoc quod
quod dicit sidere obliquo solum cum dicit stabunt per illud nulle abstineant
a cesare nubes signat cum pacem vidisse et corpore et animo
per illud orbe terre medio signat cum melius fuisse virtutis que
in medio est. sed semper recedentem extrema secutum. Tunc genus
humanum docet viros et consules humano generi sed post decessum
tuum de hac vita oportebit quod sibi homines consulat de alio quam
de bello. Nam tu effectus deus pacem in universo orbe compones
hoc autem dictum est ideo quia sub eius imperio pax turbata est
positis i. depositis In se vicem diligat Duorum indicem i. simul pax
compescat et claudat limina i. hostia Iani belligeri. Erat autem
Rome consuetudo quod templum Iani maneret portis apertis tempore
belli. tempore pacis clauderetur ut Ovidius dicit in fastis et
Virgilius mentionem facit. tempore Neronis hoc templum apertum
est ideo per contrarium locutus dicit ipsum sub eius deificatione
claudendum Sed michi iam es numen loco invocationis dicit sic Ome
ro si de tua virtute nunc animo infunderetur non erit opus invo
care appollinem nec bacchum i. propter quod sciendum quod duo sunt
dei poetarum s. appollo propter sapientiam et bacchus propter
eloquentiam hec enim duo s. sapientia et eloquentia poetam
perficiunt. habet autem parnasus mons duo iuga alterum voca
tur Cirra ubi appollo colebatur sub quodam antro et ab eo
responsa dabantur ibidem Ideo dicit mouentem secreta cirra
alterum vocabatur nisa in quo colebatur bacchus. avertere i. ab
ducere ad me ipsum ducendo ut vellet dicere. Non est michi opus hunc
vel illum invocare deum quia tu es satis ad dandas vires i. suffi
ciens ut bene scribam de gestis romanorum

Fert animus causas. Incipit narrare et dividitur primo ponit
causas discordie. 2o narrat ipsum factum. 2a ibi Iam ge
lidas prima dividitur in quatuor primo ponit causas discor
die sumptas ex parte fati secundo ex parte male ordinate Regiminis
3o ponit causas ex parte regentium. 4to ex parte populi. ibi secunda
Tu causa malorum ibi 3a Similes ducunt 4ta hic ducibus tunc
dicit primo quod animus fert i. desiderat manifestare causas harum
rerum s. quod impulit populum romanum ad bella. ex quibus in
orbe pax excepta est et statim assignat causam. primo dicens quod
ordo fatorum non rebus magnis invidere. ut nolit eas in statu ip
sius diu magnitudinis permanere. et ea que nimium ponderant gra
viter cadunt. Casus romani imperii similis est ei sub quo mundus
dissolvetur et loquitur secundum eos qui ponunt mundum aliquando
periturum In cuius destructione omnia turbantur discordia. ipsa mundi
corpora tam celestia quam terrestria dicunt a primo et solito
officio cessatura et demum concludit quod magna ruunt sua mole. et quod

I

res habent hunc modum quod postquam sunt delate ad summum . ad infimum
relaborant . Unde lucanus florens iam maius erat imperium roma
num quam ut externis viribus cadere posset et sic hic dicit suo po
dere cecidisse nec roma est ferens se Roma sui erat impatiens
sidera concurrent sideribus Sidera modo habent statum et determinatam dis:
tanciam hinc simul concurrent rupto ordine coegerit pro egerit
compositum pro simplici compage i. coniuncione per tot i. per multa
seculum est orta magno temporis spacio ut antiquum cahos . prima
rerum confusionem de qua ovidius unde erat toto nature vultus
in orbe quem dixere cahos ignea i. lucencia ut ignis et dicit quod
sunt in sublimi infima loca petent tellus nolet . nolet tellus
extende littora plus quam modo habebat extensa , cum a mari in ma:
iori parte cooperiatur et ut hec faciat fretum a se depellat
unde Boecius et ne terris liceat vagis febe ibit contraria fratri luna
ibi contra solem que modo sub eius via decurrit . et volet in diem ha
bere dominium quod nunc habet in nocte indignatata propter maiorem
honorem noctis quam diei agi bigas fingitur luna habere bigas
i. currum a duobus equis ductum sicut finxit quod currus solis a qua:
tuor equis fertur qui currus quadriga dicitur . pluto vero fingi:
tur trigam i. currum a tribus equis ductum . quod ideo fictum est quod
luna habet duas proprietates manifestas s. quod xxx dierum spacio
aut crescit aut decrescit . pluto mors est que homines rapit triplicis
etatis s. puericie iuventutis et senectutis de quatuor equis solis
dictum est . propter quatuor anni tempora s. ver estatem autumpnum
et yemem vel propter quatuor proprietates quas sol habet in die .
mane rubet . 2a lucet . meridie calet . sero tepet quod hic notatur
ubi ponuntur quatuor nomina solis equorum Et rubet eous auro
ra . lucet ethous . fervet pirous . submergit aquis philogeus . per
obliquum orbem intelligit zodiacum circulum inter locantem speram
per oblicum . per quem planete decurrunt . fortuna non comodat ze
lus est . fortuna Non permittit quod apud illas ut naciones aliquod
duraret imperium ita quod illis posset diu propter magnitudinem mori:
deri Constat autem quatuor fuisse imperia quorum tria ceciderunt
externis viribus . romanum imperium quod ultimum fuit senescendo
defecit unde in figura prophete assimilatum est ferro quod est
durius et fortius ceteris metallis . sed se ipso defecit rubigine macu:
latum . Tu causa malorum hec pars dividitur primo assignat causam
ut dictum est secundo solvit dubium quod posset occurrere . ibi secunda tem
poris augusti dicit primo rem publicam romanam ordinatam esse cum eius
regimen fuerit tribus commissum . s. Cesari Crasso et pompeio Illud
autem Regimen bonum est . quod est apud populum . aut quod est apud re:
gem . Unde dicit federa regni . i. regiminis . missi in turbam i. in po:
pulum missi sunt fedala non sunt periculosa . legunt quidam sic
federa Regni numquam missi . nisi nunc in turba i. in turbatorum sunt
fedala i. fimebria et misso regimini illis tribus . O male
concordes conversistis in concordiam que discordie causa fuit .
et vos nimia cupido complecendi ... maioribus occecavit

scilicet equis solis
lune
et plutonis

I

dum miscuistis vires illas pluribus committendo credentes imperium
orbis tenere sic stante re .p.ni sed fieri non potuit volentes eum impa-
rare debent habere concordiam . sed iste fuit modus ad discordiam ve-
niendi . quod probat autor dicens . nunquam patietur quisquam aliquem
secum regnare . Juxta illud ovidii . Non bene cum sociis regna venusque
manent de quo exemplum adducit de primis edificatoribus urbis quorum
Romulus remum interfecisse narratur . dum terra in medio . scilicet extat quia
centrum mundi . quia pro et . levabit fretum in fecto aut sublevabit illa
tenendo . continens eum videtur tenere contentivus aer aut continet a-
quam et per consequens terram que sub aqua est . in parte vel levabit
id est leve faciat eis mixta quia elementa sunt gravia longi labores vol-
titana id est sol volvetur longis laboribus Et loquitur secundum appa-
rentiam quia quod diu movetur fatigatur . Et maxime quia contra
firmamentum movetur sol . Tamen autem rei veritatem in celestibus non
est fatigatio . Nox sequetur diem per totidem signa id est nunquam equalia et
tangitur regula quam dant periti astrorum dicentes quod quantumcunque
fuerit dies vel nox sex oriuntur in die signa et sex in nocte . Nec gra-
tibus fro Non est opus ad externa exempla recurrere quia verum ha-
betis . Nam muri primi maduerunt sanguine fraterno Cum Romulus et re- de discordia Rhomi et remi
mus vellent urbi nomen imponere discordabant Demum pacto compo-
sito ut qui melius vigeret auguriis urbi nomen imponeret . Ro-
mulus palatinum montem ascenderet Remus aventinum et factis sa-
crificiis sibi Romulus vidit xii vultures volantes Remus sex . Quare
romulus ipsi nomen dedit romam de suo nomine vocans . Inde ex hoc
inter eos invidia orta est . Item cum idem sacrificia faceret Nunciatum
est eorum armenta ab hostibus rapi ad quos prosequentes Romu-
lus cum parte gentis ivit ex una parte ex altera remus Contingit
ut Remus occurreret hostibus eos quia vicit . et reperta preda ad com-
munalia sacra rediit et non expectato fratre eis usus et abatus
est . quod romulus moleste tulit et excogitavit contra fratrem civita-
tem vallo munivit et statuit ut id sub pena mortis nemo transiret
ei vel nullum nomine celerem prefecit . sed remus sperto fratris precep-
to hasta super vallo transiliit ipse celer illum aratro insecutus oc-
cidit quo facto Romulus dolore se finxit demum ad memoriam
fratris asylum instituit id est domum refugii . quia si quis illuc malefactor
confugisset ibi tutus erat a pena Nec tellus erat precium arguit
a minori sic . si quando cupiditas erat fratrem frater non est passus
secum secum imperare multo minus patietur quis alium secum
in hac Civitate In qua cupiditas pervenit ad summum . Sic dicit
ovidius in fastis . Tempore crevit amor qui nunc est summus
habendi et vult dicere quod tellus et po . non erat precium tanti
furoris id est non tanto furor hoc adhuc pro precipio petebantur
precio enim vite illa querebantur . sed auxilium exiguum commisit do in
modico templo adhuc habitabant . Temporis augusti removet du-
bium quod posset dici contra Lucanum quod concordia mansit inter re-
gentes Nam plurimo tempore sine discordia fuerunt . Lucanus

dicit q inter illos duos non fuit discordia neque concordia voluntate du
cum sed timore Crassi qui illis discordantibus imperium accepisset. Erat
ibi alia causa concordie .s. quia Iulia Cesaris filia uxor erat
pompey cum morte interveniente nec prole remanente affinitas so
luta est. et sic potuit discordare q ea vivente forsitan non fu
issent. discors concordia concordia erat quantum ad videri. discordi
quantum ad esse. Commissum est eis regimen de concordia populi ne
illi adinvicem discordarent et civitatem ad bellum moverent. sed hec
res postea in discordiam versa est. Qualis undas hec similitudo
sic intelligenda est. Isthmos est mons inter Ionium et egeum mare. quo
remoto illa duo maria se invicem impugnarent. Ita Crassus erat
medius inter cesarem et pompeium quo mortuo illi statim ad pug-
nam et discordiam pervenerunt. gracilis tenuis conferre simul
se collidere et accipitur transitive. Egeo dicitur ab egeo athenensium
rege immerso. Ionium a quodam grecorum rege vel Io filia ina-
chi que a Iunone in vaccam conversa per id mare transivit.
Et construe sic. Ionium frangeret se cum egeo parthica damna que
apud parthos recepta fuit .s. mors Crassi et interitus xii legionum
solvere. furores romanos excitaverunt in bellicum furorem i. postquam
Crassus dirimens seva arma ducum maculavit carras assirias la
tio sanguine et dicit dirimens i. separans Cesarem et pompeium qui
timore illius primo erant concordia iuncti. Carre fuit. civitas
in qua Crassus victus periit Et dicuntur assirie a provincia o
arsacide i. parthi Et dicuntur sic ab arsacum regibus qui vocantur
sic arsacide sicut imperatores Romanorum Cesares vel augusti.
dividitur Regnum et per consequens desolatur. Nam omne regnum in
se divisum desolabitur. Ordinanda est sic littera. fortuna potentis
populi que possidet mare et que possidet terras et que possidet totum
orbem Non cepit duos. cuius sensus est. q adeo est felix fortuna ro
mani populi q omnia possidet in hoc tamen eius felicitas parva
immo nulla fuit q duos .s. cesarem et pompeium non potuit in
amicicia tenere coniunctos. q statim declarat Nam Iulia intercepta
i. rapta vel appensa. seva manu parcarum abstulit secum fera
les tedas ad manes omine diro i. crudeli infelicitate et est sen-
sus q postquam iusti ad se Iuliam traxerunt per mortem illa
secum asportavit viri amicitiam et amorem qui inter virum erat pompe-
ium et patrem suum Cesarem Secundum q teda dicebatur fax
que preibat nubentes ponitur tamen hic et in multis lo-
cis pro ipso coniugio. Et ponit etiam Valerius aliud q huic
infelicitati additur .s. q dum vestis pompei referretur sanguino
lentia domum a campo timuit illa ne quid pompeio mali esset
illatum quo dolore pregnans ipsa abortivit. de qua si proles
fuisset suscepta numquam illi ad talem discordiam pervenissent de cuius

I

et Cesare Seneca sic loquitur in libro de consolatione ad marciam
Julius Cesar cum Britanniam peragraret nec occeano suam felicitatem
posset continere audivit decessisse filiam publica secum fata ducen-
tem in oculis erat iam pompeius non equo laturus animo quemquam
alium esse in re publica magnum et modum impositurus incrementis. que
et si illa gravia videbantur tamen intra tercium diem imperatoria
munia adiit. Et si tibi fata. Si vixisses velut eius tu poteras virum
et patrem discordes unire sicut sabine iunxerunt coniuges suos et
patres ad mutuum pugnaturos, propter hoc sciendum est quod Romulus
multos adventicios et latrones habens secum et mulieres non habens
proximos populos rogavit ut de filiabus suis coniuges suis daret
quo negato post tempus elapsum pellexit eos populos federe et
ludis ut romam venirent et mediis ornatis inter milites suos sta
tuit ut ea quam quisque raperet sua esset cum daretur signum
a limo lusore Itaque in ipso medio ludorum plausu ad mulieres con-
curritur si quis aliquam rapere potuit domum duxit Ex quo pro
ximi populi civitatis bellum movent contra Romulum victi quia
ab eo sunt inter quos Sabini bellum ultimo movent duce Tacio
et ubi inter romanum est ferum bellum committitur vincunt quia
sabini Tandem Romana acies restituitur. facto voto a romulo
dee Junoni et ad pugnam acie utrimque constant parata. mulie
res que rapta fuerant in medio. pugnare se paraverunt. interpo-
nunt hinc patres inde maritos exorant ad quarum preces experti
utrorumque virorum corda mollescere et demum facta concordia est
hac condicione ut sabini reciperentur in urbe et ut romanus
quibus magni sui nomen imponerent atque econverso. Stimulos dedit
Cause ex parte ducum sumpte principales due sunt prima est
ex invidia secunda ex dissimilitudine etatis et morum. 2a ibi Nec
coiere pares alter vergentibus. prima in tres primo ponit desiderium
pompei. secundo Cesaris 3o quis iustiorem causam habuerit non
facile est videre ibi secunda Tu iam series. ibi 3a quis iustius
illa secunda pars principalis Nec co dividitur in 3es primo po
nit mores pompei 2o facit quandam comparationem. 3o ponit mo
res Cesaris 2a ibi Stat magni 3a Sed non in cesare Hec ultima
dividitur in duas primo facit quod dictum est secundo ponit com-
parationem quandam ibi secunda qualis expressum unde dicit primo
virtus emula. Invidia alter cum virtutibus alterius invidebat vel
emulus qui sequitur aliquem in amorem et non vult superari in
actibus virtuosis. dedit stimulos sollicitudines dedit ad bellum.
Tu magnus ti. ne pir. laurea: triumphus ex piratis habitus
est aut laurea factum ex lauro que laureus ex triumphis ha
bebatur. Cedat gallis victis: minor sit quam campania que
Cesar gessit in gallia. Te iam usque laborum et fortuna spacius loci
secundi ex. te ce: quia cesar multum pro re publica laboraverat. et
feliciter cuncta cesserant et cedebant cum eius felicitate anima sequente

non poterant pari esse in secundo loco .i. per alterum se maiorem habe
ret sicut erat pompeius . et statim declarat apcius .d. quod pompeius
nolebat parem et cesar nolebat maiorem . Et quia iste auctor pompei
accusasse cupiditatem et superbiam et ipsum iniustius arma su:
spisse statim sequitur non est fas scire quis iustius arma sum:
pserit . Cum cesar deijs placuerit qui consesserunt illi victori:
am pompeius vero cathoni qui fuit vir summe virtutis et sa
piencie qui secutus est pompeium . et hoc est quis iustius ibi
nec coiere Dudum quod dissimiles erant nam pompeius erat se:
nex et assuetus paci et rebus urbanis oblatus erat se ducem
in bellis prebere erat quod fame petitor et gracie popularis . et
gaudebat plausu et alacritate que illi in teatro suo fiebat . lau:
rea corona vel victoria pirratica .i. de pirratis habita alia lu-
catis patet In qua ponitur dare pro dabat et simili modo alios
infinitivos Theatrum dicitur locus ubi populus conspiciebat dictum
a theoro quod est video ibi cum stans populus ludos videbat
Stat magni Similitudo quedam condicionum pompei demonstrans quan-
tum ad honores qui fiebant illi et quantum ad imbecillitatem eius
respectu ad cesarem propter quod sciendum quod mos erat apud anti-
quos quod adepti victoriam de exuvijs hostium ad quercum aliquam
suspendebant illas et dijs suis consecrabant ut per virgilium
patet qui refert eneam de spolijs mezencij Regis a se victi hoc
fecisse . Dicit ergo auctor quod pompeius ut quercus vetus que non est
firma suis radicibus et sunt nove sed stat firma pondere suo
hec quercus vetus licet ad impetum spirantis euri sit casura
illa tamen propter vetustatem et consuetudinem redditur honoris
.i. quia exuvie de quibus dictum est . ibi a victoribus applicantur
deinde de moribus cesaris sic dicit quod in eo non erat tantum nomen .
.i. non erat ita famosus . sed erat in eo virtus . nescia stare lo:
co nesciebat quiescere sed erat activus et sollicitus deinde ve
recundum sibi putabat si hostem aliter quam bellica vi domaret
et utroque parte proponebat ferro temerato se mittebat cum teme
ritate ad bellum instare pro instabat fauori numinis volens dicere
quod cesar se felicem cognoscens ad ea se exponebat licet periculosa
viderentur unde posset ei felicitas provenire . sicut dicitur quod fe:
lix potest fortune mercari . Impellens quicquid obstaret sibi peten
ti summa cesar summos honores et potenciam Et si quid ad di
ctam rem obstabat statim agebat contra illud Nam gaudens
id violencia superare super quo ponitur comparacio de fulmine
ad ipsum . ibi qualis expressum ubi auctor loquitur secundum eos qui
dicunt quod cum duo vel tres venti incipiunt aliquam nubem illam
collidunt et frangunt et ex ~~eo~~ ea collisione fit tonitruum quod terre
reus sonus quod tali eciam collisione generatur ignis qui ~~non~~ descen:
dens usque ad terram vocatur coruscatio ad terram vero descendens

I

dicitur fulmen. ideo dicit expressum ventis per ver. ful. etc. Et cum
cum fragore splenduit cum clamore mundi celi rumpit diem; vi
tam abstulit rebus viventibus quas percussit terruit populos pa
ventes prius timebant postea territi sunt magis. Et sic dicit quasi ad
dit terrorem timentibus. perstringens pertinens lumina ignes suos
flamma obliqua dicit Seneca in libro de questionibus natu
ralibus illud per violentiam deorsum impellitur secundum naturam
suam sursum ascendit unde unde exitus duobus contrariis mo
tibus contingit fulmen recepit obliquum. fecit in sua templa templa
vocat loca in que cadit fulmen antiquitus enim illic sacrabat
bidental ab ominibus sacrificatis ibidem nulla materia obstante
exire Nil tam durum est quod fulmen non penetrat. dicit tamen
Seneca quod terram parum penetrat signum est quod nunquam videntur ma
gne scissure a fulmine facte in terra unde antiqui in cavernas
sub terraneas timentes fulmina descendebant magnam quod cadens
ma. quod rev. dat stra. circumgiratur fulmen per eundem locum
sternens quicquid obviat ei. sparsos re. ignes igne diffuso re
plet locum. deinde ipsis ignibus est collectis per parvum foramen
egreditur Et ista similitudo est adaptanda in hunc modum
nec cedere parcit quia alter ut quercus alter ut fulmen cadens
et revertens dat stragem hoc est quia Cesar in gallia vadens
multos populos stravit et revertens in italiam idem fecit spar
sos ignes recolligit ad illud spectat quia Cesar omnes suos exerci
tus revocavit in castra. Leguntur quedam de cesare non omittenda
dictus est Cesar aut quia cesus de ventre matris aut quia ad
magna natus Cesarie vel quia hostes fortiter cedebat in bello di
cunt enim dicit quod occidit homines novies decena milia in bello.
qui bello campestri quinquagies dimicavit fuit etiam tam clari
ingenii ut quatuor epistolas simul dictaret. peritus in sciencia
astrorum qui et bissextum apud latinos invenit et luxit ad
virtute corporis Nam inter alia difficillima facta dicitur quod hostes
fugiens mille passus nocte natavit mersa navicula in qua
erat et cplam una manu tenebat adeo diligebat amicos ut
pro factis eorum sua relinqueret leguntur de illo multa alia
victoriosa. Hec duabus causis ponuntur unde cause belli sumpte ex
parte populi vero. sciendum quod sicut dicit livius in prologo
de roma tempore paupertatis nunquam ea locus sanctior fuit et quanto
minus diviciarum habuit tanto minus cupiditatis habuit po
stea divitie avariciam et luxuriam induxerunt hanc sententiam se
cutus est autor dicit quod postquam urbis opes creverunt crevit
luxus a quo nata est avaricia propter quam omnes opes querunt
nascitur bellum et discordia usura et corrupcio propter pecuniam
in officiis erogandis. secunda affluerunt merserunt ad pericula du
xere opes enimias dicit lucius florus quod nimia felicitas fuero
res civiles peperit mores virtutes cessere scilicet plus de prospera

Cur dictus Cesar

fortuna qui de morum honestate curabant sicut dicit. Oratius
Victus post annos predam rapine hostiles ea que ex victoris acqui
rebant suase luxum mox illud Ovidii luxuriant animi rebus
quoque secundis Et Iuvenalis. Nunc patimur longe pacis mala se
vior armis. luxuria incubuit victumque ulciscitur orbem Et sic
romani ex rerum habundancia in luxum corrupti sunt dicit autem
luxus superfluitas in vestibus cibis et potibus et ceteris ornamentis
hic luxuria prope in coitu est. Non erat modus auro. nullam sen
tiebant molestiam in aureis ornamentis. fames est aspernata
mensas priores id est spernebant comedere que antiqui comedebant et
est aspernatus participium ab aspernor deponenti Et dicit fames quia
etiam qui famescebant nolebant quoscumque cibos comedere adeo
erant delicosi. mares rapuere gestare cultus vix decoros nuribus
id est puellis non convenientes et faciunt contra doctrinam Salustii et
Ovidii amorum ille dicit audivi laborem convenire viris mulie
ribus mundicias. Et Ovidius. sine cultu modica forma viriles amat
et alibi forma decet neglecta viros. fecunda paupertas virorum unus
vocat antiquos virtuosos quibus non optare divicias loco divi
ciarum erat unde valerius locupletem faciebat fabricium non
multa possidere sed pauca desiderare. illa dicit paupertas fugitur
sed accersitur id est cum desiderio vocatur inquiritur toto orbe illud
quo quisque gens perit divicias intelligit per orbem queri cum ma:
gno labore unde Oratius per mare pauperiem fugiens per sa:
xa per ignes. sed per eas perit gens quia sunt causa certaminis
unde dicit si meum et tuum tollerentur de medio quietissimam vitam
ducerent homines. unde prima etas que diviciis caruit qui:
eta fuit a bellorum strepitu. Tunc iunge pro iungebant que e:
rant multorum in mediis terris seperata ad unum possidentes
vencioa insimul iungebantur ut ea que cincionio fuerant et
Camilli fiebant ceptis cum intermediis et tunc illa in simul iun:
gebantur Secundum antiquos romanos solum curasse de aug:
mento rei publice non privata divicias vero e gilso qui privatas
divicias augere solum curabat vera unde valerius libro quin:
to. Anguste habitare se putat cuius domus tantum patet
quantum patuere rura Cincinnati extende pro extendebant Non erat
his populus quem pax tranquilla iuvaret Non gaudebat Romanus
populus libertate sed armis Inde ab eo populo vile nefas et quod.
i. e. vi ne. putabatur licere ad quicquid egestas eos
impelleret optabant posse ius erat loco iuris Consules et tribu
ni iura turbabant cupio eis defendendis indignitatem electi
erant. Hinc rapti fasces pretio officia que ex meritis et virtutibus
promovendi dari debebant tunc iam venalia erant populus erat
sector dum per. sui favoris Una pars hunc altera illum favebat
erant ergo in eo sector non vario ambitus desiderio quem dicit le:

I

talem quia romanos corrupcerat quia ut ad eas dignitates per-
venire possent nitebantur quocumque modo divicias congregare et etiam
ut possent adipisci superflua ante dicta. Hec cum adiuncta inhone-
sta nos ducunt unde dictum est finis avariciam tollere. tollatur
nec criminum luxuries. referens certamina annua Mos erat ut anno
completo que romani imperatores gesserunt in diversis provinciis re-
verterentur que ibi fieri solebant certamina de officiis acquirendis tunc in-
ter petitores fit rixa campo venali. quia precio debentur officia
usura ideo dicitur vorax aut quia super avaricia fundata est
vel vocat usuram que fit sine determinato tempore. fenus vero quod
fit in determinato ut presto tibi decem vel viginti floren. usque ad
mensem Ideo dicit avidum fenus in tempore vel usura devo-
rat pecuniam. fenus lucrum ex ea perceptis. Concussa turba utile
bellum propter paupertatem fugiendam in qua inciderant luxibus
ante dictis et eos furore devocarent. Iam gelidas cesar. Incipit nar-
rare et continet iste primus liber adventum Cesaris in ariminum. 2o
expressorum amatorum Cesare querelam apud ipsum. ibi Ecce fa-
mes 3o Cesaris oracionem orantis suos milites ad bellum su-
scipiendum ibi Convocat 4to consensum militum ibi Dixerat at
dubium 5o quod cesar omnem suum exercitum revocavit ad se. ibi Ce-
perat ut acceptis 6o narratur fama venientis Cesaris et fuga
pompeianorum ibi Cesar ut immense 7o narrantur prodigia
et propter illa vates consulti ibi tum neque Iste prima pars di-
viditur et primo narratur eventus Cesaris ariminum secundo
ariminensium concursus ad arma et tacita lamentacio ibi Ru-
pta quies dicit primo quod postquam cesar alpes transiit venit
ad rubiconem ibi aliqualiter dubitavit propter visum sompnium de-
inde invocatis deis fecit ut leo qui postquam collegit iram nil
timet. Inde transito fluvio cepit ariminum. ibi quod primo signa
tenere iussit. Iam quasi dicat ante quam ad rubiconem venerat ve-
niret aliquamdiu post transitum alpium fuerat alibi immoratus.
Constat autem primo illum Ravennam venisse deinde cum advo-
cati sui qui dignitatem suam susceperant defendendam essent fo-
ro prohibiti rubiconem transiit. Ceperat pro conceperat. Iam
cum imaginabatur futurum bellum Ingens visa. licet aliter
dicatur tamen verissimilius est hoc in sompno visum quod som-
nium lucanus coadunat poetica ficcione ut proprie verbis simili-
tudinem exprimat Suetonius sic narrat. quod cum Cesari nun-
ciatum esset tribunos populos esse iussit etiam cohortes nequa
suspicio oriretur ipse spectaculo publico interfuit. deinde
post solis occasum mulis ex proximo pistrino ad vehiculum iunctis
sine lumine diu errabundus tandem duce reperto consecutus co-
hortes ad rubiconem paulisper substitit et representans quantum o-
pus moliretur conversus ad proximos inquit adhuc regredi
possumus quod si transimus omnia erunt armis agenda. Cunctanti

tale monstrum apparuit quidam eximia magnitudine in proxima
sedit arundine canens ad quem pastores et milites convenerunt qui
rapta ab uno tibia prosiluit ad flumen et tuba canens ad alte-
ram partem fluvii tendit. Et cesar erat inquit quo deorum o-
stenta et iniustarum iniquitas vocat. Dixit ingens ad magnitu-
dinem imperii denotandam. clara quam famosa quam per noctem. per
hoc indicatur hoc somnium fuisse. mestissima propter bellum futu-
rum. turrigero notatur edificiorum magnitudo pulcritudo. unde
Cassiodorus Tota roma miraculum nudis lacertis efficacius
desuper [illegible] turbat. Et sic loqui permixto gemitu loquebatur cum
planctu. cuius verba sunt. quo tenditis ultra quia auctor ideo dicit
quia a senatu decretum erat ut cesar in urbem non iret nisi
dimisso exercitu. quo fertis mea signa si publica signa gerebat.
Nam cum Cesar non rediret in urbem nisi dimisso exercitu con-
sideravit ideo mea dixit. Tum perculit horror. posita visione ponit
timorem. secundo subiungit verba que dixit. 3o quid actum est per
eundem ibi secunda Mox ait 3a inde moras. Cum autem propter ti-
morem sanguis et spiritus recurrat ad cor et exteriora remanent
ab ipsis denudata quare tremunt et rigent. Languor tenuit. aliquan-
tulum dubitavit et languit ideo immoratus est unde ait hoc
cuius omnis subitatio mutatio rerum non sine quodam quasi confu-
sta contingit amorem. Mox ait. invocat et invocans facit primo excu-
sat se. 2o ponit eius velocem transitum 3o ostendit quare fluvius
erat magnus. quarto que verba dixit post transitum et quid egit
ibi. secunda Inde moras 3a fonte cadit. 4a hic ait qui prospicis
menia urbis. Templum Iovis erat in rupe Tarpeia unde magna
pars urbis cerni poterat et dixit tonans attribuitur Iovi tona-
re et fulminare et similia quia Iupiter est aer in quo fiunt huiusmodi
impressiones volunt autem rupem tarpeiam dictam a tarpeia virgi-
ne ibi sepulta que aquam ferens sabinos in arcem induxit fa-
cta cum illis pactione ut darent illi leve manus ornamentis
sabini re perfecta illam petentem premium clipeis oppressere dicen-
tes leve manus clipeum esse. Frigii penates. gentiles penates
vocabant omnes deos qui in domibus propriis colebantur
Constat autem Eneam hos et alios de troia apportasse ideo
dicit frigii i. troiani. Et rapti Quirini ut refert plinius
de rebus viris illustribus cum romulus apud capre paludem
lustraret exercitum nusquam visus est propter quod inter populum et
senatores orta est discordia populus cum illum diligeret cum
suspicabatur amoribus interfectum tunc in quirinali monte
augustiore forma cum ad eos ascenderet illum quam monuisse ut
dissensionibus abstinerent et se futurum esse ut orbis imperio

[illegible]

I

patietur eius auctoritati creditum est et edes Romulo in qui-
rinali monte dicata et ipse romulus quirinus appellatus est · pa-
tet ergo quod dicat secreta quia mors eius occulta fuit . Et residens
celsa lati . in . alba colebatur iupiter in ciuitate albana vbi pri-
us fuerat imperium qua destructa non cessauit reuerentia iouis qui
primitus colebatur . ipsi ergo faciebant sacra solita . celsa eminenti lo-
co Lacialis qui summus deorum in italia habebatur iupiter . ve-
stales foci vesta dea terra est quia pullulatis et nascentibus vestia-
tur herbis in cuius templo semper ardebat et sic etiam ignis per
ipsos colebatur que ideo simul colebant . s . terram et ignem quia
semper ignis ardebat sub terra . vnde coniuncta sunt . dicunt quod
hic ignis erat albestus lapis . qui semel accensus nunquam extinguitur
tur fertur ab alijs quod alius fuerit ignis . s . dyabolica arte du-
rabilis sed siue hic siue ille fuit periit periit ille ignis ede veste
accensa . hunc ignem vestalem ferunt ex troia delatum esse ab
enea cum inuocat cesar quia ipse pontifex erat in his sacris
de quo omnibus pastorum ignibus eternis eterna numina presunt .
o roma istar similitudo summi numinis nomen dei dignitas po-
tens maiestas propter magnitudinem vel urbis ipam quasi deum
inuocat quam dicit se persequi nolle · sed pompeium qui fecit
ipum hostem ipsi . fucialis furiosum est contra se arma sumere . qui
autem contra patriam agit . facit contra se . adsum victor tuus
pro te semper vici . Nunc miles opto vt sim vel esse volo . In-
de soluit in b . Tunc incipit bellum moue quando contra edic-
tum senatus in italiam intratus armatus Et est comparatio de
leone qui primo dubitat venatoribus visis · deinde ira colle-
cta se cauda percutiens . quod in leone ire signum est vadit contra
venatores per ipsa venabula vel timens squalentibus sordidis
serpentibus et pestiferis rebus vel aspectis siti . libies pestifere
pestifera producentis vt serpentes dracones et leones cominus . i . pro-
pe Iuba . i . pili qui in collo sunt . infremuit murmur . fremendo
murmur emisit . fonte cadit descriptio fluuij et quod exit ex modi-
co fonte . puniceus . i . rubeus et dicitur sic a terra rubea per
quam fluit et quia estate absorbetur a terra et hoc est serr-
pit per valles, vnde dicit illum riuum inter ytaliam et galliam
esse . s . aut licet ampliores sint fines ytalie tamen autor est
locutus habita ratione temporum quibus hec gesta sunt yta-
lia vero terminatur iugis alpium mari supero et infero vt tan-
get in sequentibus deinde dicit fluuium pluuijs et solutis niui-
bus auctum esse vnde yems hic accipitur pro tempore plu-

vesta dea

d' fine ytalie

viso Cinthia luna a monte In quo colitur que si obtusa et gra
ma cornua habeat denouo redit pluuia signat ideo dicit bria
grando cornu et dicit alpes i. ea que in alpibus sunt ut niues gla:
cies resolute liquefacte . f. euri madidi i. humidi . eo quod humiditatem
inducit coagulato soluendo Constat autem ventos orientales calidos
esse magis occidentalibus Eurus autem est orientalis secundum aristotiles
dicentem in metheorum . Eurus ad auroram nabathea quod vero verum sit
primus in obliquum modus transeundi ponitur . s. quod in fluuio torren:
te parant per obliquum milites cum fortioribus equis ut aque
impetus frangeretur . quo fracto dein per vadum non impetuosum
sed debile cetera turba transit Cesar verba Cesaris hec sunt quod
non intendit quisquam de pace tractare et suam causam non am:
plius iure . sed bello iudice disceptare . Iura temerata temeri
tate aduersariorum violenta credidimus fatis de fortuna confide:
bat . cum eam sibi prosperam fore cognosceret Sic fatus post hec
verba venit cum magna celeritate ariminum et comparat istam
celeritatem ad duo . s. celeritati lapidis iacti ex funda et sagitte
parthorum Balearis funde usus funde inventus est in illa in:
sula baleari . et tantum studium eius rei fuit ibidem sicut dicit
vegetius de re militari quod mres cibum filiis non darent in quem
prius non direxerit lapide iacto ex funda Minax minatur
Cesar ciuitati nisi paruerit cum suis loquitur . Ignes temporis
descriptio . s. quod omnia astra occiderant propter solis aduentum ad:
ue lucifero remanente . quod contingit antequam sol sit visus a nobis
primo ergo mane intrauit ariminum . Iam dicit quod orta die nubes
non permiserunt lucere solem seu hoc contingerit voluntate dei
siue vento impellente nubes . et vult dicere siue fuerit deo dante
monstrum . siue fuerit casuale / Constitit ceperunt milites Cesar
forum i. ariminensem curiam et ibi fixis signis pulsauerunt
bellica instrumenta Et est sic littera construenda ut i. postquam
miles iussus a cesare deponere proponere signa vexilla foro capto
constitit stetit . tunc strider lituum pro lituorum tremuit . lituus
vocatur paruum cornu tuba maior et classica non pia cecinere:
runt . classicum dicitur sonus tube vel alterius instrumenti vel
concentus omnium instrumentorum et sic accipitur sed vel potest sic construe:
re . stridor lituum et clangor tubarum concinuit classica non pia
ut concinuo regat actiuum vel quod classica non pia teneatur appositiue
ab illa stridor lituum 2o Rupta postquam Ciues tumultum sen:
ciunt ad arma concurrunt sed videntes Cesarem illa dimittunt
et tacite conqueruntur . adfixa arma penatibus morem tan
git antiquum quando renunciantes bellica ad suos deos arma su:
spendebant unde virgilius de anthenore arma que fixit penatibus pacis

Quo sic veteres pg bella finire

I

Invadunt alpes fluentes nuda crate. vocat cratem coetegmina quo clipei
teguntur quod iam ex vetustate defecerat. et dicit cuspides pro incurvis
curvatos et enses a rubigine corrosos ut nos postquam viderunt ro:
manorum signa sibi nota et desuetum. hic viguere metu prop:
ter timorem viget et aspera sit caro. o male vicinis hec sunt verba
ariminensium quia dicunt se in loco positos infelici. Nam aliis gen:
tibus pacem habentibus. ipsi primos sustinuisse celtorum insurgen:
cium impetus. Ideo dicunt fuisse melius habitare loca calore vel
frigore distemperata ut sub eo orbe qui est locus calidus vel eo:
verso. vel sub gelido artho. vel et habitare loca sterilia ut
sunt in libia de quibus Virgilius. eterno tibi pastores libie. ubi dicit
pastores libie opportere regiones mutare deficientibus herbis. et erran
tes domos scithias intelligit de quibus oracius dicit quorum
plaustra vagas rite trahunt domos et probat per antiqua
exempla sic esse ipsi enim. primi motus senonum. ubi secundum
quod Senones populi gallici duce Brennio in ytaliam intrave:
runt. civitatem clusii obsederunt. qui cum vidissent romanorum
legatos qui gratia componendi pacis accesserant inter ipsos clusi:
nos et senones in aciem contra se pugnare gravi ira commoti dimis:
sa obsidione opidi clusini Romam furiose contendunt quos occur:
rentes fabius consul excepit et iuxta flumen aliam committitur ubi
quantum cladis per romanos fuisset acceptum ex eo patet quod li:
vius dicit in septimo. Et dampnato diu romanis habita festis
sita victoria Senones in urbem patentem intrant cedunt quos sun:
t intra urbem incendunt vel spoliant. et Capitolium obsident in
quod non dicitur amplius quam mille homines confugisse. a quibus
mille auri libras paciscuntur ut inde descendant et iam roma
nis cogitantibus sedem mutare. Camillus institutus est senones et
vicit ut alibi tangetur. horum primo furiosum adventum dicunt
se ariminenses sensisse et secundo eos quod cimbri et theutoni et
ambrones et tigurini gentes gallice et germanie simul conspi:
raverunt romanum delere imperium contra quos Metellus et
Cepio missi victi sunt. hostes ingenti potiti preda illam abiecerunt
aurum et argentum proicientes in flumina et captivos suspendunt
Ita nec prede victor. nec misericordie victus agnosceret ut dicit
Orosius. contra eosdem postea Marius mittitur qui dicitur posuisse
castra ubi ysara fluvius cum Rodano confluit hostes castra
Marii triduo impugnant. sed postquam nec proficiunt romam petunt
duobus agminibus. quorum alterum agmen marius institutus
est et inter teuthones et cimbri integris copiis per alpes in ita:
liam venerunt. Contra quos idem Marius quinto consul et
cum catulus missus est. Consules ambal statui. igitur in ne
bula pugnam disposuerunt et in sole pugnaverunt. Nam
eo galli turbati sunt quod prius romanam aciem sensere
offendere quam ordinatam ad esse prospexerunt. deinde cum esset

Senones

sol cum vento ortus ex adverso visum eorum pulvis impleuit . et
splendor obcecavit . ex factum est ut tanta et tam terribilis multi
tudo cum mira romanorum clade vinceretur . horum mulieres re
sistere romanis constructis cratis in modum castrorum tandem de
speratione se ipsas occiderunt . In duobus bellis CCC . lx milia r:
fferuntur occisa et hoc tangitur ibi . Cymbrum et furentem . sed p
martem libies anibalem intelligit qui et per alpes transiuit de
quo dr alibi vox nulla doloris nō audebant dolorem vocaliter pro
palare . sed gemitus Comparatio est talis Ita tacebant sicut in ri:
ve tacent aves brumali tempore qui frigore sunt remisse ita ani
mi eorum remissi erant . pontus quando est in malacia . ita q
nullo modo moveatur tunc maxime tacet et isti ita . Ecce faces belli
Dicit in hac parte q illud quod maxime accendit et quo cesar
nō iustam hīc causam sunt expulsio tribunorum . unde ergo
primo facit quod dictum est secundo ponit verba curionis sua.
dentis cesari ad bellum movendum sine mora . ut q ducem ꝯtis
iactatis pulsi . M . antonius et p . cassius tribuni qui tam:
pam cesaris tuebantur . secundum gracchi eorum fuisse qui
profusis largitionibus favore populi acquisito rem pu opprime:
bat dicebat q palam senatores esse necandos et omnia debere
per plebem agi . cum q senatores scevolam mutium consulem
rogarent ut rem publicam armis tueretur consul id factum
omnino recusauit . tunc scipio nasica ad eam rem se ducem
obtulit et ait qui rem pu· salvam vellent esse . se sequerentur
gracchum cum omni sua factione compressit quorum corpora in ti:
berim iacta sunt . Gracchi corpus inhumatum extabuit . cui q ff·
eius tribunus tātus cum sepe seditiones gravissimas excitasset
a tribunatu adiectus est . dicunt ergo de hiis debere fieri . sicut ali
de gracchis tribunis est actum . audax aduocati lingua est venali
quia precio aduocatus . Nox apposituri ampius arc . m . p auferre
bat armatis patentibus dignitatem et eos populares facie:
bat dum officio carebant . ut q ducem cesari cogitanti volebat
suadere ut bellum moveat . cuius prima ratio est quia debet re
stituere amicos propter eum pulsos secundo quia parata est victoria
si non differtur . quod est differtur sepe aufertur 3° quia
maiora gessit bella pro minori premio . si pro gallia decem
pugnavit annis non paucis bellis orbem totum acquiret . quarta
ratio quia contra eos agere debet . qui ei propter invidiam negant
triumphi honorem sibi meritum . concludit ultimo q solus pt
regnare sed nō cum pompeio qui socium nō vult eligat ergo utrum
velit s . an totum aut nihil . partem enim habere nō pt facit secundum
ibi dum trepidant Tercia vero est ibi par labor quanta ibi Nunc neque
Conclusio est socerum . postea ponit quandam similitudinem . ad
demonstrandum horum verborum officium s . quod ad bellum incitatur

d' gratis

I

est ibi Sic postquam fatus dixit varias curas quia cogitat de bello
et de administrandi ratione illud . nolente senatu Senatus erat
pompeianus totus . Nam pompeius in dictatorem induxerat alios ut d'foro & rostris
invidiam sibi detraherent . Rure rostra forum romanum Nam
octavianus antonio victo et cleopatra de rostris navium fecit
fieri sedes in foro Sed lo. lucanus loquitur considerata ratione
temporis sui Non iulii cesaris . pellimur id est depulsione grande
mus spectantes tua victoria cives esse trepidant et prosequens
parum restituit minus aut non repugnantes est facile . Nullo ro-
bo . sic non erat pompeius paratus ad bellum . par labor atque
metus In bello sperantur quia dubius est eius adventus et labo
rature in eo Nam civilibus grave est bellis interesse . ergo time-
rent in gallia et non timebunt sed non metu susceptum fuit mo
re gallicum bellum quam illud sit suspiciendum sed non est par
meritis utriusque ut patet . Et nota quod in illis cesar contra ariovistum
Regem quendam germanorum bellum suscepit valde timuerunt
adeo quod ut per eos testamenta publice fierent ut ipse cesar in histori
is suis narratur Lustris spacium est quinque annorum pars quota
id est aliqua pars . sicut dicunt in risu pactum de quota litis non
valet . vel potest legi interrogative et tunc ponetur quota pro quan-
ta et vult dicere quod est parva triumphi longi Triumphus dicitur
a tris quod est tria et phone sonus unde triumphus triplex sonus [illegible]
letitie . primo autem letitia fiebat quia totus populus currebat ob-
viam triumphanti . secundo quia duces captivi precedebant cum
talia quia erat in curru ducto a quattuor equis albis . et in-
dutus erat triumphans nobili veste quam tunicam iovis dicebant
cum sub sequentibus militibus qui gerebant signa acta rerum pro
bitatum in capitolium ducebantur . habebat tamen triumphans
duas molestias una erat quia in curru manebat servus quidam
colaphizans eum et dicens notis solitis id est cognosce te ipsum . alia
molestia erat quod licebat ea qua die in urbem ingrediebatur quibuslibet
verecundiam impune dicere triumphanti unde fertur quod cesari dictum
fuit salve rex et regina . ad significandum libertatis destructorem
dixit rex . et volens obicere quod succuba fuit Regis bitinie dixit
regina . unde tales versus de eo facto compositi sunt . Ecce cesar
nunc triumphat qui subegit gallias . Nicomedes non triumphat qui
subegit . Cesarem . Sacras laurus arbor phebo consecrata qua ho
nore triumphantis capitolia ornabantur . Livor edax aut quia
invidus omnia vellet aut quia torquet invidum . vix fertis impu-
ne gentes subactas penam habetis de optime factis . scilicet quia roma
no imperio gentes subegi . Comparatio talis est Sic postquam ce-
sar erat promus ad bellum . tamen ex verbis curionis ita commotus
est sicut clerus equus movetur clamore tubarum in etiam ludorum

propt' q Sciendu3 q Eleis ciuitas est grecie aput quam fiebant
ludi olimpi ex quibus victor magnum recipiebat honorem · et fama
ad hos ludos ducebantur equi ad id studiu3 ciuitatis · Vnde ex as:
uefactione audientes clamorem quamuis intra stabula continebantur
tamen omnia rumpebant et illos ludos adirent · Imminent · intus ma
net vel repagula impedimenta hostia carceris Conuocat armatos
dividitur hec pars primo eciam ponitur militum conuocatio et plenum
iussum · secundo panditur verba cesaris ibi Bellorum o socij · posuit autem
maniplos pro manipulos per sincopam · ductorum militum soci:
etas dicitur manipulus · sed hic non sic accipitur stricte · Extem:
plo i statim composuit ordinauit trepidum sollicitum scire de quo
ageretur vultu et dextra dedit hijs signa vt tacerent vox eciam
non esset audita in tumultu · Bellorum In hac oracione Cesar
primo queritur de laboribus et periculis que pro patria substi:
terunt sed expectantur vt anibal inimicissimus romanorum · secundo
dicit pompeianos inimicissimos sibi · qui eciam in tantis prospe:
ritatibus suis non possunt ab iniurijs abstinere Et nominat quosdam
particulariter qui sunt magis principales et hoc ibi quid si mi
3o conqueritur Romam semper pompei scenam · et pompeium nunquam
de dominio saciari ibi · scilicet ex(?)uerum · quarto exponit sibi iniuriam et
suis illatam ibi pro celitas · 7o ponitur conclusio et petitio per
quam antedicta locutus est ibi Tollite socij · vocat eos socios
cis quos ascribit victorias ad beniuolenciam captandam mortes
sotiorum hiemes in gallia intensa sunt frigora eo quod septentrio:
ni propinqua est Non secus tamen nos qui pro patria tot pa
ssi sumus insurgitur eo tumultu et odio quo in ytaliam transe
untem anibalem exceperunt · Anibal amicel amilcaris filius tum
viiij annorum esset · ante Iouis aram iurauit · vt cum primum
etas permitteret romanis bella moueret Deinde factis dicta
confirmat · Nam Sagguntum dum florentissimam hyspanie ciui:
tatem romano populo amicissimam bello impetiuit atque funditus
euertit post hoc per alpes in italiam venit · alpes siquidem ygne
scindes Ita quod via in aliquibus locis sit altitudinis · C · pedum
vt quidam scripserunt · Hanibali primo occurrit Scipio qui
pro sunt affricani pugna commissa apud ticinum amnis romanus
exercitus cesus est · Secundo pugnatum est aput trebiam vbi si
mili clade romani periculosi sunt · 3o apud transimenum la:
cum per flamineum consulem · vbi magna strage romani vi:
cti sunt · quarto apud cannas et in multis alijs locis Hanc
hystoriam titulliuus planissime et diserte narrauit · penubi affrice
quia socius de fenicea eciam venit dido que carthaginem con:
struxit · vnde affri dicuntur peni quasi fenii tyrone · Tirones
dicuntur noviter ad miliciam electi · vel dicuntur fortes milites

tirones a tiro

tirones a tiro grece quod est fortis quod lucanus epitheton signat di-
cens tirone valido addit quod omne nemus cadit in classem cadit enim
ad naves fabricandas. Iussus cesar agi belli quid . s. facerent si victus
essem. vicerunt quamvis inter f[era]s populi si me gallici populi sequerentur
victum et dicit feroces ut ceterum mores quos ex natura regionis
contrahere dicuntur dicimus enim gallos feroces. grecos leves. [illegible]
[illegible] afros. romanos graves. temptamur quod est frequenta-
tivum de temno non de teneo in hoc loco. cum fortuna agat
metum rebus secundis cum fortuna nos iuvet et iste locus ad hoc
spectat quia sicut dicit seneca florentes amicorum turba circum-
dat circa eius sollicitudo est. ergo si istis fortunatis adversan-
tur credibile est quod multo prius facerent infelicibus nobis
dux solutus longa pace assuetus pace. militem habens in crata-
tu quia subitus est et novus et plebs toga. assueta rebus ur-
banis et peregrinis quamvis non habentes exercitum in rebus bellicis
unde sciendum est quod antiquitus utebantur nominibus vestium in
distinguenda castrensi et urbana turba unde urbani enim dice-
bantur togati et castrenses dicebantur laccenati Marcellus
tullius quem loquacem vocat. quia eloquens erat et affabilis
utitur enim nomen proximi vicii imponere possumus ut timidum
possumus vocare prudentem et cautum. et hunc modum hic se-
nat autor. habet autem hunc odio cesar potissime quod procura-
vit a senatu ut cesar ante tempus exercitum dimitteret cum
prius esset et quia ei denunciaverat in romam non nisi sine armis
rediret. Cathonem odio habet quia videbatur eius causam dam-
nare dum adversa sequeretur et grave erat contra se tanti
viri. hoc iudicium iuraverat enim catho se ante accusaturum
Extremi vates tamquam sui pretio emptus. Ille reget scilicet unus pro
pretexto rexit enim currum i triumphavit ante tempus institute
etatis Ille semel fuerunt continuati honores pompeio. quod aliis
non contingebat. quod iam pompeius tempore famis fuit cura-
tor annone qui ut urbem copia repleret non solum de publico
sed privatas res expendidit ex quo populi adeptus favorem
vocatus est magnus sed cesar hoc vertit in crimen qui hunc
dicit et populum incepisse servire. Et quia iura fuerunt suppressa
. i granaria a quibus frumenta in urbem portanda accepta sunt
ipsis mercatoribus denudatis a victualibus Cuius castra Milo milo
fuit homo fortissimus qui accusatus in iudicio victus quod quod
claudium interfecisset. lege damnatus erat. sed pompeius missis
militibus eum sibi amicum eripuit iudicio ex quibus omnibus
ostendit pompeius romane libertatis destructor. dicunt autem
quod hic milo dum vellet suas experiri vires per ~~s~~ silvam tra-
siens scissam arborem iam pro parte voluit complete scindere.

sed vi manus sue clause mansereunt et ita illaqueatus ista se:
vis fuit medias leges communes leges · q̄ d · publicas · Nunc q̄z ne
lapsum te · p · s vi Non saciatur pompeius in senectute de sceleribus
cum omnis verum solet esse societas · s · nefanda · s civilia Senectus
facit narratorem verissimilem quia quod nova testa capit inveterata
sapit mo pompeius in ipsa iuventute gessit sille qui silla civilia
bella gessit · id ab eo ne didicisse · tamen superavat sillam qui
magister scelerum erat Et super hec ponitur similitudo ibi atque
tigres et est talis · Sicut catuli tigrium matribus ducentibus eos
s sanguinem ex armentis gustaverint semper ferocissime sunt ad
predam Ita pompeius a silla doctus civilem sanguinem sitit tig:
res sive i feroces hircano hircania silva est in qua nascuntur
hec animalia · quem tamen vincunt · pompeius ad hoc est peior
silla quia silla tradidit se ultimo vite private post mala que
fecerat · At pompeius hec non facit · post cilicas Nunc pompei vi:
ctorias eo modo quo potest vilificans · dicit indignum esse Cesarem
ultimo a pompeio vinci · Et inter suas provincias referri et in:
dignatur super hec quod iudicatus est hostis solum quod non paruit
in hoc quod ab armis discederet que dicitur se retinuisse pro merito
suorum militum · et ut romam liberet a servitute quam romani
pompei exhibere parati sunt · Cilicas autem constat fuisse popu:
los qui iuxta taurum montem habitaverunt a quibus exercu:
erunt piratitam Et non solum naves per mare euntes
depredabantur verum et insulas atque provincias multis gentibus
se ad ingentibus illas aviditate prede contra quos pompeius va:
dens mira celeritate devicit vilificat tamen Cesar quia fuit
victoria de piratis et maritimis latronibus Et lassi Mitridates
Rex ponti et armenie cum Nicomedem Regem bitinie roma
ni populi regno pararet expellere Monitus fuit a senatu ne
id faceret · quod si in proposito perseveraret nunciat ei bellum
a romanis inferendum · sed parvipendens Romanos incepta pro
sequitur Regnum illius vastans et Regem pellens · Et insuper
omnes cives romanos per totam asiam fecit occidi · Consul contra
quem electus silla dirigitur qui cum archelao duce Mitrida
tis misso in greciam quam iam bellum nec dicionem obtinebat con:
flixit et vicit · sex milia de exercitu archelai interfecta referuntur
Mitridates eodem rursus duce iterum et tertio bellum reintegravit
cum ultimo omnes copie sunt extincte Interea insurgunt civilia bella
inter marium et sillam Lucullus sillanus dux contra mitridatem reman:
sit et bellum gessit Luculo pompeius succedens Castra regis ob
sedit in armenia minori Rex eruptione facta nocte discedit quem
pompeius sequitur et luna orta gens mitridatis propter um:
bram in longitudinem hostes credens propinquos cuncta tela fu:
dit in irritum romani sine labore vicerunt Rex ipse fuge

De mitridate

I

beneficio elapsus evasit Castor Mitridatis prefectus Regios inter-
fecit amicos et quatuor filios Mitridatis ad Romanos misit
Mitridates ire motibus mardescens amicos multos et proprium
filium interfecit . ffarnaces alter filius exemplo territus fratris
fugit Et contra se exercitum missum sibi conciliavit cum Roma-
nis vero pace composita eundem exercitum mox contra patrem duxit
Mitridates ex muro illum diu precatus ut inexorabilem vidit de-
as precatus est ut farnaces a liberis suis aliquando audiat similem
vocem . mox ad uxores et filias perductas suas venit omnibus ve-
nenum dans quod ipse novissime hausit non tamen veneno ex-
tinctus propter multa remedia quibus se contra venena diu ante
munierat Sed iam muro fracto intravit miles iugulum prebu-
it Hoc autem bellum triginta annis romanos afflixit Et ide-
o quia diu duravit dicit lassi et dicit consumpta veneno quia
dicit lucanus cum periisse veneno non virtute pompei . vel eorum
qui pro eo agebant barbarie quo gentes barbarie se occiderunt
ultima provincia gentes victe et subacte dicebantur provincie quasi
procul victe ille dicebantur provincie pompei quas pompeius
devicerat et sic de aliis duabus . senectus exsanguis . quo i. ad
quid . confert se unde alitur . que sedes quies que senibus dan-
da est emeritis emeriti dicebantur milites post sexagesimum
annum ultra quem non amplius cogebantur militare l quibus
dabantur agri cum fructu se alerent Item vel dicebantur veterani
Ideo dicit veteranus aret i. inde emeritus miles Et ait magis
dolendum esse demonstrat et addit o magne piratae melius sol
colom quasi nos romani supple hoc ideo dicit quia pompeius victis
piratis agros concessit eorum . oppidum dicebantur autem coloni pro
prie qui aliunde venerunt ad colendos agros concessos . qui negat
iusta tenenti arma dat omnia quando non vult dare partem quod
iustum est armato cogitur dare totum Numina spero auxilium
divinum pro causa iusta pugnantibus . quando iustam audit . eo quod
pars primo narrantur militum dubitatus ¶ dixerat dividitur hec
2o omnium simul consensus ibi secunda summi 3a hec simul
vero primo quod milites dubitantes non dederunt responsum clarum
et consensu et lucanus tangit id quod / vegetius dicit . s. quod
oportet ducem a militibus non minus timeri quam hostem
vel paratus est . hec pars summi Nunc vero primo scribitur con-
dicio Lelii secunda subiungitur cum sua ibi . s. exclamat dicit sic
Lelius gerens nunc summi pili Secundum est quod Romani duces con-
cedebant suis militibus aliqua gestanda que testificarentur actas
ab ipsis probitates Itaque ante istum lelium gerebantur pilum vel
hasta propter fortiter gesta in pilo ¶ Item scutum vel quercum que
gestaret his qui civem periculum servasset ab hostibus

quod ideo fiebat quia ante usum fingium (?) vincebant homines de fructu glandium
ita quod id portabatur in signum recente vite de quo vivebat
antiquitus. De hac consuetudine facit mentionem Anteclaudianus sic
dicens. Mos erat in veterum castris ut tempora quercu velaret vali
dis fuso qui viribus hoste. casurum potuit morti sub duxe (?) civem
et gererus quercum vestrentem insignia i. nobilia. pilum domi emeriti
quia propter hoc factum erat emeritus i. labore milicie absolutus
civis serenati ut vocatur a lidori et intelligitur per serenatum civem.
Exclamat alta voce dicit scilicet i. certe et pro si dicit ego lelius si
licet loqui verum se habere iustissimam causam conquerendi de cesare
quia habuit parvam spem in melioribus et quia fuit minus paciens
et quod dum ipsi vivi et fortes sunt non patietur regnare senatus
et togatos et quod vellent potius duci ad omnia aspera loca quam pu
gnare et vincere bello civili. tamen promittit se facturum contra
Romam quicquid ipse volet et scelleratissima opera ut occidere suos et
templa destruere. degenerem togam senatum vilem qui modo regnat usque
adeo i. certe populos scithie regionis frigide et sterilis per inhospita
inhabitata deserta Sirtes. Sirtes est locus modo arenosus in parte
et in alia parte est aqua propter quod nec navibus nec pedibus
per eam ambulari potest per libie sitientis. duplex ibi est habita
difficultas. scilicet calor nimius et aque defectus et utraque tangitur
in littera manus. sorietas (?) iussa sequi morem cesaris tangit qui di
citur solitus erat venite non ite. quia ipse precedebat ubi pericu
la timebantur. Rector in meritis post terga sagittis oratio interrogativa
et vult dicere se non dimissurum gentes quas non vincat qua pro
bat per locum a maiori maius cum sit superare oceanum remo
rum auxilio quam quascumque vincere gentes hoc in britannia cesari
contingit. fregit et rerum faciendo pontem ut ad germanos transiret
qui fauerant inimicis suis spumantem frigit impetum fluminis cum
spuma fit ex collisione aque arctoo rhene in summo septemtrionis. tantum
posse quantum velle necesse est. ut tantum possim quantum tu velis. vel melius
posse et velle a me non cessabit. ad cum necesse quod non cessans
esse Tarpeiis flammam miscebit numina monete tunc miscentur dei
quando metalla ex quibus eorum effigies est liquescunt et sic solu
ta miscentur. quod ipse se facturum promittit per flammam i. ignem
moneta vocatur Iuno. Cum enim galli noctem in capitolium ca
piendum ascenderent. anser magno clamore custodes dormientes e
vigilavit. sed cum anser se fecerit putaverunt hunc motum Iu
nonis perfectum esse in cuius ede ipse anser erat appellata est Iuno
moneta. Et narrat valerius capitulo de miraculis quod captis
veiis a camillo milites iussu imperatoris simulacrum Iunonis
monete quod ibi precipue colebatur romam translaturi sede sua mo
vere conabantur. quorum ab uno pro cum interrogata dea an te
Romam migrare vellet, velle se respondit. hac voce audita lusus

Sirtes

de ansere custodiente capitolium

I

in admiracionem versus tam quod non simulacrum sed ipsum numinem se por-
tare credentes in aventino monte collocaverunt. unde dicit ille se combu-
stiuum templa magne venerenne aput eos. metator. castrametator. ari-
es aries instrumentum sternendi muros. tolli auferri extingui in toto
his simul narrat consensum omnium commilitonum cum quadam comparacione
dicens cunctas cohortes idem promisisse quod lelius et in altum manibus
elevatis ad omnia bella se promisere cum tanto clamore quantus fit
in ossa montis grecie ubi multe sunt pinus que dum flectuntur
borea qui de tracia venit faciunt magnum sonum et illi faciunt idem
dum revertuntur ad rectum litera est nota. Cesar ut acceptum
hic narratur quod cesar revocat ad se cunctos milites suos quos
in gallia reliquerat. quasi dicit. postquam cesar vidit fata favere id est cupere
bellum acceptum susceptum acceptatum. tam prono militi et evocat
sparsas cohortes per rura gallica neque id est ne aliquo langore id est pigri-
cia moretur fortuna. deficiat impedimentum det. et petit romam undique
mota signa. ad evidenciam sequencium est sciendum quod cesar per diversa
loca dimiserat gentem suam ad comprimendum motus volencium
rebellare. ergo tunc autor tacet hunc ordinem. scilicet quod scribat ini
loca a quibus milites cesaris discesserunt et quibus in
locis a gallorum populis missa sunt auxilia gallorum cesari qui
in bello gallico semper habuit secum quingentos germanos optimos
milites ut ipse in historiis suis narrat. multa ac habuit auxilia
civitatum que rome subiecte erant. deseruere temptoria fixa lem-
anno ca. lemannus lacus est. qui fluit in rodanum ubi aquas eius
cesar immorata nunc ad ipsum revocata deserit ea loca et deserit
ardua id est alta castra posita super curvam rupem vogesi. vogesus
mons est de quo mosa flu- ius scitur et est prope lingones. ut
dicit quod predictos milites ibi positos ad lingones cohibendos qui pu-
gnaces erant ideo timebantur rebellio et armis pictis utebantur.
hii vada alius locus describitur quem milites cesaris reliquerunt
vadum est locus in flumine tam parve altitudinis quod per pedibus
transiri. Erant ergo ibi in locis vadosis ysaree qui est fluvius qui
cum multum decurrat tamen vero tamen in mare per se non in-
greditur sed in aliud flumen maius et dicunt aliqui in rodanum
alii in secanam unde nomen amittit ante maris ingressum sic
dicit cassiodorus in oceanum fluvium vocabula maior amnis absor-
bet ex quo patet litera. solvuntur flavi de alio loco dicit. scilicet quod ru-
teni id est flamdenses. solvuntur statione mansione longa quia illic
steterunt romani mitis arax fluvius in quo naves cesar fa-
bricare saepe faciebat ut per illum eas in mare induceret quia
modo gaudet eo quod naves ibi nec sunt nec facte stant cum ytha
liam petant et est atax fluvius narbonensis quem dicit mitem
id est non rapidum finis et hesperie alius locus describitur. scilicet quod
gaudet varus qui antiquus erat hesperie id est ytalie finis post

monetus

posita rubeto. cenaque sub hac gaudet est alius locus dictus Mo:
netus qui est portus herculi consecratus. Nam et herculeo mone
tus dicitur de quo auctor dicit quod nec ventus chorus nec zephirus
turbat illum sed solus circius construe sic gaudet ille qui
est ea parte. qua portus sacratus nomine herculeo urget, id est artat
pelagus, id est mare cava rupe pro rupibus inter quas mare artatur
et fit portus. chorus ventus non habet ius in illum aut zephi
rus. sed circius turbat sua littora et prohibet naves tuta statione
mereri, id est quod naves in hoc loco qui monetus dicitur tutam non po
ssit facere mansionem. Statio dicitur ubi naves stant ad tempus por
tus ubi semper quia etiam ibi hyemare possunt. quaque iacet Immo:
ratur inde scribendo istius eiusdem loci naturam licet quidam de alio
intelligant Et dicit quod hic locus modo est terra modo mare Nam ma:
re quandoque illuc fluit. quandoque tamen descendit. assignat auctor tres cau:
sas nullam affirmando sed relinquit solutionem phisicis naturali
bus qui rerum naturalibus studere laborant. primam causam sub du:
bitatione dicit posse esse. quod est ventus ibi fortis qui ab extremo
cardine veniens sic impellit mare super terram. eo non spirante
aqua redit in suum locum. Aut luna est estus causa motus. aut
quia sol trahit aquas ad suum alimentum secundum eos qui dixe
runt sidera humore pasci extremo axe in Britannia. hoc contingit
que est in extremis partibus orbis. secundo sidere de luna si intel:
ligatur est verum quia est in secunda creatione dierum diximus
cum dies solis dies lune 2° in ordine tamen planetarum mer:
curius est secundum sidus. prima cum luna. secundo mercurius
tertia venus etc. sed utrumque videtur dici ad hoc facere. Nam
primo dicit secundo sidere deinde lunaribus horis. Potentiam autem super
aquas habere dominum Lucanus affirmat de mercurio dicens. et
in merse cillenius arbiter unde. Et de luna dicit luna suis
vicibus tethym terrena que miscet. quos agitat labor mundi per
ypallagen id est qui laborant de agitatione mundi id est de motu. et hii
sunt naturales Duri rura describitur alius locus antiqua de:
nominatione rura dicuntur agri inculti ut plue pascua et sic me:
nerem montem intelligit esse plenus et pascuis plenum Et ripas
sithiri fluvii ripe cum sunt prerupta saxa fluminum vel terra
que iuxta flumina est sicut littus vocatur terra iuxta mare ce:
ua littore. alius locus. scilicet tabelle civitas iuxta mare ut di
cunt prope flandriam go nodu sagi qui sunt ea parte qua
trebellicus populus claudit mare admissum receptum mollit
claudendo mollesacit Et dicunt quidam claudit equore per ypa
lagen intelligentes quod equor illud oppidum claudat circumdando
gaudet Santonus populus dictus a Santone civitate equitanie
gaudet autem romanis inde remotis a quibus premebantur
gravi servitute. Et est sciendum quod idem verbum intelligendum

Saxon

I

In subsequentibus s. gaudent Bituriges et Saxones qui propter for-
titudinem longa arma cum facilitate tractabant sunt enim durum
genus hominum ideo dicuntur a saxo saxones a quibus saxonia regi-
o dicta est. gaudet leucus et remus dicitur autem leucus a leuca civita-
te sita iuxta mare adriaticum qui est optimus excusso lacerto id est in
iaculando Remus civitas est francie ut dicunt. gaudet et genus se-
quana Sequana fluvius est in cuius insula plura erant oppida que
parisiorum erant que gens olim pollebat in circumgiratione equorum
in torneamentis agendis. et gaudet belga docilis rector monstra-
ti covini vocabantur enim belge populi multi qui terciam partem
gallie incolebant. sed ex his bellonacos intelligit qui quondam ve-
hicula genere utebantur quod covinum vocatur cuius ipsi fuerant
inventores quod tangit ibi monstrati covini. Arvern. al. Arver-
ni. hii se a troianis ortos dicebant ideo fratres dicebant ytalico-
rum qui ducebant originem ab enea troiano. Nimiumque re-
nervius Narrat cesar in historiis suis nervios homines esse in bel-
lo magne fortitudinis et virtutis. quos ipse bello perfecit. Illi
adeo viribus pugnaverunt quod cesar ab eis fere superatus
est ut treveri milites qui in cesaris auxilium missi erant
tamquam desperatis rebus ad civitatem suam venisse sunt renunciantes
cum imperatore romanum exercitum esse deletum Tamen non sic
erat. Nam titus Labienus qui hostium auxiliatorum ceperat castra
manu legionem suam in auxilium misit exercitui romani qui erant
iam victi. commutata fortuna victores fuerunt et narrant in eo
historia quod ex lx milibus nerviorum solum quingenti remansere
et cesi polluitis sanguine cotte eburones venerunt ad eam le-
gionem ad impugnandum rebellatione facta. qui cum non po-
tuissent in tantam rem s. expugnationem perficere mittit ambiorix
ad romanos ut deinde discedat Narrat quod omnem galliam contra
cesarem rebellantem in armis esse promittit eis iter securum
Consulit cotta non esse credendum hosti. Dicit sabinus contra
et eius consiliis creditur hostes depositis insidiis romanos abeun-
tes aggrediuntur. pugnant eos vincunt ibi occiderunt Cottam
fortiter pugnantem ex romanis pauci evaserunt et hoc vult dicere
polluitis etc. Et qui te laxis construe sic. gaudent vangiones
o sarmata qui imitantur te laxis bracis hic et hec sarma-
ta populus est qui dicitur sic ab armorum exercitio. Semper
enim incedebant armati Et est sciendum quod quedam pars gallie
dicebatur braccata hic sarmata excellens erat Batavi dicuntur
a batavo quod est nomen regionis gallie qui et sixones
dicti sunt et nunc dicuntur Bavarii hos poeta describit
a feritate morum dicens truces Item ab instrumento
quo utebantur in bello utebantur enim cornibus eris
ex metallo factis Qua cinga fluvius qua rodanus flu-
vius ab oppido dicitur quod rodi coloni edificaverunt. hic

belge

Sarmat

hic secundus valor est Arar fluvius tante lenitatis ut dubium sit
in quam fluat partem qui in rodanum ingreditur et dicit cum ra-
pitur a rodano fluctibus vadit in mare. Cena montibus Gebenne
sunt montana ubi civitas posita est. quod ab autore tangitur cum
dicit qua gens ardua habitat gebennas pendentibus summis iuo rupe
cana propter nivem dicit canam aut quia saxa alba sunt ibi:
Tu quoque gaudet treuir bellum de gallia romam esse translatum
hic populus populum equestri bello valebat qui ideo gaudet quod
primus cum vicinis suis propugnabat pro cesare iuo pugna-
turus contra romanos eorum civitas treveris vocata est. Et
nunc tonse liguria provincia in qua sunt vercelle Novaria me-
diolanum papia. Et dicitur sic a leguminum habundantia. Sci-
endum quod tres sunt gallie scilicet comata que est lombardia ab alpi-
bus usque ad rubiconem. Alia est togata que est ab alpibus
usque ad mare britannicum. Et est braccata que reno adiacet
ut est pars burgundie. lotoringia flandria colonia terra li-
gonensium et quedam alie regiones et ita ligures de comata
existentes non solebant barbam nec capillum tondere unde ad-
huc lombardi dicuntur quasi longa barba. Sed iam tempore
autoris tonsi erant. hic autem ligures preerant toti gallie co-
mate. Et quibus inmitis theutates; deus mortis a theos quod
est deus et thates quod est mors et dicitur esse mercurius cui
sacrificabant humanum sanguinem unde theutoni dicuntur illi
populi et theutonia illorum regio. Sanguine diro qui dirum
et crudele est sacrificare humano sanguine homines occidendo Et
horrens esus alium intelligit deum cuius nomen ponit sed etiam co-
ne describit. scilicet quod in cuius sacrificiis carne vescebantur humana unde
dicit Hesus actum casus; comestiones. Et de deo theutate intel-
ligi posset et narrat cesar in historiis suis etc quod invene-
bant homines in quibusdam simulacris factis ex viminibus et ibi
intus comburebantur ad que sacra si habere potuerant qui
a se perimendi forent illos accipiebant. si vero non tunc
se committebant ad innocentes Et ara tanaris; Iovis Non
mitior ara scithice diane diane nam in scithia etc homines
immolabantur quam postea cum effigia eius sacerdos cum
horeste fratre suo quem erat imolatura in romanos transtu-
lit aras inde effugiens oculte dicit ergo autor. treviros ligu-
res teutones qui multos continent populos ad cesarem veni-
re postea incipit de moribus eius regionis scribere. scilicet quod ha-
bebant quosdam qui dicebantur bardi. alii qui dicebantur
druides Bardi sunt cantores laudis in populo vates simi-
les vatibus qui dant famam suis carminibus ita illi
quibusdam suis cantationibus laudabant peremptos in bello

de sacrificio diane in scithia et ephigenia et horeste

I

qui faciunt hoc **secuti** Romanis abeuntibus in quibus putelis
non stetissent **Druides** autem sacris preerant homines sacrifican-
tes deis suis. hij quando adventum Cesaris militiam non se-
quebantur sed erant controversiarum iudices tam in factis pu-
blicis quam privatis sed postquam Cesar in Galliam venit non o-
rerunt sacris intenti sed militare cogebantur Cesare discedente ad
suos redierunt mores hij doctrinam suam verbis tradebant de
qua nil volebant scribere sed omnia discebantur sic quod memorie
mandarentur persuadebant autem animas humanas inmortales
esse non tamen in morte ad inferos descendere ut dicebant alij gen-
tiles sed ex alijs corporibus in alia transire corpora ideo dicit
auctor quod ipsis solis datum est deos cognoscere aut solis nescire
singularem opinionem eorum ab alijs gentibus differentem **vos in-
colitis alta nemora in remotis lucis** altas et remotas silvas ha-
bitatis in quo signat eorum scientiam obscuram sicut sunt
alta nemora et eandem ab alijs differentem Et quod dicit re-
motis lucis i. silvis vel dicit quod anime habitant in silvis remo-
tis s. in hiis que apud antipodes sunt et hoc ante quam alia
corpora vivificent unde Virgilius lucis habitamus opacis. Vnde
subdit quod **idem spiritus regit artus in alio orbe** i. in alia quarta
que sub nobis que dicitur australis **canibus** metricis dicatis ut
supra dictum est longe ab alijs gentibus unde mors est quo-
dam medium inter unam vitam et aliam secundum eos unde
subdit quod mortem non timebant cum in alio corpore eis sit vita
statim reditura Sedes tacitas fugiunt post animas apud infe-
ros carere unde vocantur silentes **pallida regna** obscura Re-
gna plutonis cum pro regno est infernus. **arctos** hoc arctus ti vel artos
arctos stella que vocatur septentrio versus quam eorum regio
est ideo despicit de sursum aspicit Maximus timorum mors est
est quia est finis terribilium secundum Aristotilem **haud ur-
get** non impellit non movet alios ut **capaces mortis sunt** scilicet
anime que capiunt mortem non fugiunt **felices errore suo** quia mor-
tem non timent vivunt secure unde illud Senece Non potest secu-
ra vita contingere qui de illa producenda nimis cogitat Et
ob hoc vocat eos felices **Et ignavum est** apud eos stultum **par- ignavus i. stultus
cere vite** vitam custodire non amittatur que talis iterum re-
acquiritur **Et vos crinigeri**. Sciendum quod qui erant ultra re-
num sepe transibant citra et de suis terris habitatores pro-
pios expellebant ut meliores acquirerent agros Cesar nolens
quod hoc fieret in iniuria hiis qui erant sub Romano imperio s.
ut ex locis proprijs pellerentur ibi dimisit milites qui illo-
rum transitum prohiberent ideo dicit **oppositi** compositi **arcere** i.
constringere ut in suis morarentur terris **Caucos** populos Ger-
manie gerentes magnos crines **petitis romam** et **deseritis**

ripas reni In quibus sua erant castra . et orbem aptum ad tran
scendum patentem quia ut dictum est prius arcebantur et prohi:
bebant transire Cesar ut immense Narratur de fama propter
adventum cesaris romanos exterruit Et dividitur primo facit quod
dictum est . secundo ponit quid fecit timor scilicet quod induxit eos ad fu:
gam ibi secunda Nec solum Dicit primo congregata Cesaris
gente Et per opida ytalie sparsa Romani dicebant illum subito
venturum romam cum quod propinquus esse gentem hanc innumera
bilem cum quod proximus esse et iussisse quod roma a gentibus bar:
baris caperetur Eque ponitur pro gente Cesaris . spargitur per
omnem ytaliam scilicet per totam quia tanta gens in uno loco consistere
non potuisset vix scilicet postquam viros collecte in unum fere fidem audi:
di maiora scilicet magna vel quia fuit eis spes maiora postea quam
fuisset primus ante adventum gentis et hoc ideo plures habuit quod spe:
rarent gentem undique confluentem in suum auxilium vana falsa
dicens ac ad vestras ficta timebant tamquam vera Intulit cla
dem futurei fuit causa cladis que tunc futura erat . scilicet quia
timor multum fecit ut pompeius cum senatu vinceretur . percomia
laudes fla quia maiora de probitatibus militum Cesaris dic:
bantur quam essent Est qui taurum Mevania locus est pa
scuis et plus habundans ubi multi tauri pascebantur Et quia
planus et extensus et ideo dicit se explicat scilicet extendit campo
scilicet in campos Nare fluvius in tiberim cadens de quo virgilius
sulfurea nar albet aqua et dicunt quidam quod dicitur Nare quod exit
ex naribus eius tauri Barbaricas alas ex di hec ad terrorem
spectant plus cum externos timebant quam suos quos dicunt advenisse
in supra dicta loca vacare proxima falso dicebant Inter omnes
aquilas propter multitudinem gencium non ibant uno agmine sed
multis nec ibant densis castris quod idem cum dicto superiori p:
luribus cum exitibus romam petere predicabant fer scilicet collata mili:
taria et sic quod p. dat vires fame dum homines cadunt quia sepe
putatur accidere quod timetur deinde timor facit res videri ma
iores quam sit Ideo dicit Dat vires fama vel et quia nomus
adducit auctor ut dicit ovidius . que ficte ti. ea que invenit fi:
xerunt et falsa fiebant . aliis renarrantibus timebant ut va:
~~tura~~ Nec solum Dicit quod propter huius famam diffugierunt ex
urbe romani . secundo super hoc ponit duas comparationes . ibi
secunda credas tertio narrat fuge velocitatem ibi nullum quarto
subiungit quandam exclamationem ibi o faciles . Dicit primo quod
non solum populus verum et patres et senatores exire
scilicet exiverunt ex urbe et quod Senatus mandat scilicet iubet decreta
statuta invisa odiosa consulibus scilicet senatus dat curam ge:
rendi belli consulibus quod eis erat grave propter potentiam Ce:
saris et erat etiam odiosa decreta quia senatus hostem iu
dicavit quicumque remansisset in urbe et iterum fuisse romanorum

I

ducum q bella nō gererent sine auctoritate senatus hostem iu:
dicauit qm et que prius ipse senatus non mandasset geri
sed concessa auctoritate consulibus per senatum esse unc ut mul
ta facerent que auctoritate sua facere nō poterant Tum que tu:
ta . erant incerta que loca essent petenda tanquam tuta que fugi:
enda tanquam timenda Et cum in tali dubio deliberandus esset ta:
men ipsi hoc nō faciunt . sed impetus fuge i furiosa voluntas
fugiendi urget stimulat et impellit populum precipitem i velo
cem eo quo tulit quemque q dicat eo ineunt quo furor du:
xit non quo deliberata pensata agmina prorumpunt s. dis
dunt ab ordine . Seruntur dubitancia credas comparatio prima e
q isti fugiunt ut fugitur e domo que incipit cadere vel que est arsu:
ra . secunda similitudo de fugientibus ex navi que propter tempe
statem frangi parata est de qua fugiunt magistro relicto nau:
te fugiunt sic relicto in fugiente pompei ambo fugiunt . Scien:
dum autem q cum gens multa subito in eodem tempore venisset
in auxilium cesaris diuersa loca repleuit et credebat cesar pompe:
ium rome obsidere et partem aduersam sibi . quod si contigisset
actum erat bellum . quod cum primus pompeius in tale tumpsset
postea animaduertens ad quid subitus aduentus militum cesaris
intenderet subito timore perculsus aufugit Auster ventus
qui proxima loca libie unde venit fortiter turbat mali i li:
gni ubi vela manent que fractum dicit sonuisse Nauta idest
q nauta vel cetereis est . Naufragium sibi quisque facit nec
expectat donec nauis rumpatur et simul perire sed singuli
fugientes saltant et quisque perse pereunt In bellum fi. dum
bellum fugiunt in bellum vadunt cum cesare insequente parens
iam languidus iam deficiens etatis vetustate nullum reuo:
care liria poterant istos retinere ne fugerent tam cito . s. pres
iam deficientes etate vxores flentibus suis et amor patrie
Nullum tenuere ex hijs istos continuit ipsis et valentibus spe:
re salutem a cesare licet cum dubio crudelius est in hoc
eorum festinancia Nam cum discessuri de patria soleant im:
morari antequam limen egrediantur et descendes vrbem respi:
cere hoc ipsi nō faciunt Hesit immoratus est Nec abit plenus
extremo visu vrbis amator non saciauerunt se videre vrbem
maxime dilectam quam numquam erat visuri . O faciles dare
summa deos Exclamacionis huius sensus est q dei vel celi per:
mittunt aliquos ad fortuna summa conscendere sed nō per:
mittunt q illa sit mora prosperitas quod ex hoc probat q roma:
ni qui solebant inter barbaras naciones et inimicas sibi esse
securi solum modico aggere circumvallati . Nunc nō visi sunt
mane secure vna nocte infra romanos muros . sed romam

in defensam cespiti delinquunt o intelligit dicto faciles pronos ordina
da litera sic est ignavae manibus linquere urbem frequentem populis
victis i. habitatam gentibus quas ipsi vicerant et erant varie cau-
se quare gentes alienigene ibi forent quidam namque causa legatio
nis quidam obsides quidam captivi alij ad opera agenda pro
lucro et similibus causis et capacem generis humani si coeant
i. congregentur vult quod quod tanta sit magnitudo urbis quod totum po
sset continere genus humanum yperbolice loquendo cespite pro cespiti
vallo i. concatenatura de palis super aggerem agger terre cu-
mulus cespes terra cum herba de quo agger sepe fiebat. Dicunda
tamen excusat quia timent. timente pompeio et fugiente qui erat
expertus in bello dux. et quia prodigia ante visa eos terruerant
ut in sequentibus narratur Tum nequa hec pars dividitur in
tres primo ponuntur prodigia secundo quid divini consulti dixe
runt 3o quid predixit mulier acta stimulis phebi. Ibi secunda
hec propter ibi 3a Terruerant prima iterum dividitur in tres primo
ponit prodigia que apparuerunt in aere secundo que in aqua
3o que in terra ibi secunda atra caribdis 3a vestales dicit primo
multa visa ab eis prodigia spem abstulisse sperandi salutem
Nam visa sunt sidera ignota. visum est celum ardere. multi co
mete. figura tempore sereno varie forme ignis in celo Nam qui-
dam longi quidam lati. fulmen impetuose veniens de septem-
trione romam percussit. vise sunt stelle tempore diurno. Eclip-
satus est sol et luna. multus veniunt ignis ethna versus
in ytaliam fati fortune levent alleviat superi minaces mina-
ces dij prodigijs quia futura predicunt mala. sic enim mina
mala predicimus obscurum aerem vacuum tempus noctis vacatio
nis est tempus unde Seneca in epistola agenti quiescendum et
quiescenti agendum cum rerum natura delibera que dicit se
fecisse diem et noctem inane aerem signat cum putet vulgus
ibi vacuum esse ubi aer est. quia aer est corpus parum sen-
sibile Terrarum timendi sideris stellam comatam intelligit que per
se habet medium fumum quendam in modum crinis hunc dicit
timendum cum significat aut principis mortem et mutationem
regnorum. aut bella. aut patrie destructionem Et dicunt minatur
illi patrie versus quam vadit vel quam magis respicit dicitur
ut dicunt astronomi periti de quo Anticlaudianus dicit. preceps
semperonicus dilabitur igne cometes prodigiale rubens. non illum
nativa toto Non impune videt populi sed crine minaci.
Nunciat aut validos ventos aut urbibus hostes. Et declina
tur hic cometa huius comete. vel hic cometes tis vel
comete fulgura. declarat ypallage auctor epitheton quod fulgura quod
fulgura potuissent fieri sereno tempore Nam dicit fallax
esse serenum. eo quod nubes nobis potest esse occulta vel propter

Signa comete

[illegible]



montes vel propter terre tumorem de qua nube figura sunt vin
ue serenum et non est aere depresso vaporibus pleno propter quos
densatur aer et de quibus generantur depressiones aeree ta-
citi sine tonitruo et sine nube que duo miranda et prodigiosa sunt.
quod de semptentrione venit augmentum est inde venientium tempestatum
capit ea. rariam stelle minores ad excludendum solem et lunam que
sunt maiores stelle et que in die videntur quod de aliis non con-
venit cornu coacto dicit lunam in plenilunio eclipsatam et recondi-
tit cum redderet fratrem i. solem toto orbe toto circulo et signat lu-
nam accipere lumen a sole cornu coacto i. ducto in circulum vo-
subitam terrarum tangit causam eclipsis interposita enim terra inter
solem et lunam per rectam lineam terra iacit in lunam um-
bram suam que eclipsim facit subita per hoc prodigiosa est
eclipsis. natura fieri solet paulatim. Ipse caput medio Et
solem eclipsatum in medio celi sed eclipsis solis non est prodigi-
osa nisi intelligatur facta eodem tempore cum eclipsi lune et
esse prodigiosa quia est eclipsis solis quando luna interposita inter nos
et solem quod fieri est in coniunctione solis et lune et eclipsis
lune fit quando est elongata a sole et sic eodem tempore non fit. sed
tamen prodigiosam esse ut Lucanus dicit etiam ex hoc multum
timuerunt quasi credentes mundum perire Et ponit comparationem
ibi Qualem et est talis s. quod hec eclipsis ibi fuit ad terrorem
gentibus sicut fuit illa que visa est apud Micenas civitatem
Thieste vbi sciendum quod Atreus Thiestem e regno pepulit
postea volens in eum sevire crudelius se illi reconciliavit acceptis
filiis eius in obsides quos interfectos patri in convivio epulandos
dedit cruorem quoque eorum vino commiscuit finito convivio capita
presentavit indicans Thieste quod reliquam partem comederat. ob
scelus sol dicitur effugisse ne tantum scelus inspiceret hec habetur
in tragedia Senece licet de fabula hac quidam aliter in parte
narraverunt Ora ferox multus ignis exivit de ethna non
vadens in rectum sed venit versus ytaliam Mulciber quasi
mulcens ferrum ipse Vulcanus dicitur qui ignis est Sicule ethne
ethna in sicilia est. atra caribdis Monstra caribdis narran- caribdis
tur apparuisse primum quod in caribdi mare factum est sangui-
neum Caribdis est locus in quo aqua surgit in altum tunc de-
primitur in profundum. et dicitur sic a muliere caribdi que
ibi ab hercule mersa eadem in eum locum mutata fingitur
quia ibi mare nomen merse mulieris assumpsit Canes la-
trare flebile pro flebiliter intelligit Scillam que secundum fa-
bulas mutata inferius pudenda adhuc canes Narrat autem Ovidi-
us decimo methamo. quod glaucus dilexit Scillam auxili-
um a circe rogavit que magica noverat Circe vero glau-
cum dilexit. ait illi dilige diligentem et sperne te spernentem

sed non minus amore Scille inardebat. Circe dolens Scillam sibi
preferri fontem in quo se Scilla balneabat suis medicamentis
infecit que se mutata est ut dixi quare acta tam monstruosa
peste se precipitavit in mare. locus ille a poeta Scilla vocatus
est. et est cavernosus in quo aqua inter saxa collisa et arta:
ta voces canum imitatur quo res fabule locum dedit. Vesta
et narrantur monstra que in urbe apparuerunt quorum primum
d'argia est quod ignis qui ardebat in ara veste deinde visus est
raptus. secundum est quod celebrarentur latine i. quedam sacra Io:
vis in quibus ardens flamma se in duas partes divisit more
ignis thebani. unde sciendum quod argia uxor pollinicis et an:
tigone soror eiusdem cum illius corpus cremare vellent noctis
tempore contra creontis edictum imposuerunt illud super ignem alte:
rius defuncti qui comburebatur. ac frater illius fuerat Ethio
cles. sed audita pollinicis mox se ad duas partes flamma divi
sit ipse quasi flame partes se adinvicem impugnabant et corpus
pollinicis repulsum. ut sicut inter vivos fratres mutua fuerunt
odia alterius alterum occidentis. Ita post mortem eorum odia vide
bantur. et est thebanos imitata rogos. hec a Statio thebaidos
diffuse narratur. latine conse. latine predicta erant ubi electi
consules vigilias exercebant de quibus a Sibilla predicta fuerat
quod fieret consulatus cum flamma se scinderet hoc autem non
contingit scilicet quod desistat consulatus et ideo dicit consortes. i. per
fectas. sed melius est ut intelligatur quod hoc contingit cum iam
illa scit. sive scita prefecta sit. Sequitur tercium prodigium
ibi terram cardine ubi dicitur magnus fuisse terremotus et ideo vi
debatur tellus sedere in cardine quia sepe huc illuc agitata con:
cussabatur sicut voluitur hostium in cardine stans a quibus
componitur subsidit cardine i. constrinxit se versus occidentem et
quintum prodigium est quod thetis i. aqua maris in calpem montem
Hyspanie et in atlanta alium altissimum montem fluctibus suis
indigetes ascendit. Sextum prodigium est quod viderunt deos indigetes lacri:
masse et vocantur dii indigetes i. inde nati scilicet de roma ut
Romulus et remus. 7m est quod lares visi sunt sudare tamquam
quasi angustiati pro urbis malo futuro et laborem ~~pa~~ pa:
tientur. Fabula est quod mercurius concubuit cum nimpha que
dicta est lar. ex concubitu duas filias genuit que dicte sunt
lares a nomine vel a lare quod est ignis. quia horum
imagines gentiles post ignem habebant. 7o ibi dilapsa
dicit dona templis collata e locis cecidisse quibus quibus
applicata erant. 8o ibi diras dicit nocturnas volucres
diem supervolasse quas dicit diras i. malas ominis. addit

I

.q°. ibi plures feras relictis pluribus in urbe sua cubilia posu-
isse. et poeta dicit ideo ibi tunc pecudum pectora i. boves fuisse
locuta humana voce. lo. Narrat multos fuisse natos monstro-
sos aut ratione numeri membrorum .s. quia carent aut plura aut
pauciora debito. et ideo mater infantulum suum etiam timebat a-
spicere et hoc dicit i. monstruosi. preterea dicit quod carmina sibi-
lle per romam vulgantur que dicuntur R R R F F F que
se fuerunt exposita Rome Regna ruent ferro flamma fugaque
Dicit lucanus cumanam fuisse sibillam que fata romana
descripsit. dum dicit cumane. de quo refert agellius quod vetula
quedam incognita tarquinium Regem superbum adiit libros
novem ferens quos esse dicebat nova oraculo et eos se dicebat
velle dare. Tarquino precio percontante mulier immensum pre-
cium poscit Rex enim etate desiperet irrisit. tum illa tres li-
bros palam igne ussit. et interrogavit quis vellet ceteros
sex eodem precio Tarquinius id multo magis irrisit quare
mulier alios .tres ibi exussit. Idem quod de uno placide rogatus
est ut tres reliquos emat ad precium eam constantiam ruxor mi-
ratus eos mercatur non minori precio quam pro omnibus peti-
tus erant sed eam mulierem a tarquinio digressam nusquam
loci visam esse constitit libri tres in sacrarium conditi et sibi-
llini apellati sunt ad eos tamquam ad oraculum xv viri adeunt
cum dii immortales consulendi sunt hec agellius Tunc quos sec-
tis. Bellona belli dea vel Enio soror martis. cuius sacerdotes sa-
crificare volentes venas sibi incidentes responsa dabant ideo dicit
quod sectis lacertis canunt divos .s. vates rotantes crinem capillos
sanguine perfusos. Galli flumius est frigie de quo potantes red-
duntur in furiam unde sacerdotes dicti sunt galli quasi gallina-
cii quia castrati erant qui suis ululatibus et lamentacioni-
bus tristia predixerunt Compositis urne vasa in quibus ossa
defunctorum reponebantur. quibus manifestus auditus est gemi-
tus. rumor et armorum voces quod magne in nemoribus et um-
bre de propinquo clamantes audite sunt Quem colunt hec di-
cit autor quod agrorum cultores qui erant proximi menibus
civitati fugerunt causa terroris fuit. quia quedam demon
vel furia quam vocat erinis quod idem quod furia circum ur-
bem currebat ferens facem ardentem ex pinu habens capillos
agrineos. qui stridebant ad modum anguium sibilantium
quam vel autor assimulat horribilem inplicata vertice campa
vacante .s. quod erat similis ei que impulit agauen. et ei quam
vidit ligurgus et ei quam vidit herculis pro primo
sternendum. quod agaues commota furia infrenata per bacchum

de gallo flumine et sacerdotibus

missa ad eam et ad alias bachi sacrificia celebrantes eundem quod
pentheum membratim discerpserunt pro secundo secundum lege
negans in dedecus bachi vites mandebat contra quem bacchus
misit furiam qua agitatus et turbatus dum vites credere ce-
deret sibi crura propria amputavit pro tercio est secundum
quod alcides i. hercules quando descendit ad inferos ut proserpinam
reparet visum plutonem valde timuit et visa megera et ter-
rore per fugam elapsus ad superas remeavit obmissa rapi-
na ab quam ille fugitur descendisse exis ab ex dicitur et
est extra civitatem hoc intelligit esse factum eximis ab exis
quod est lis quia ad litem extendam et idem est eumenis
ab eu quod est bonum et mene i. defectus boni pronam euenam
non erectam pinum facem de pinu Iunonis Iuno here-
culis noverca cum euristeo mediante ad varia pericula
mittebat ut morte periret alcides de herculis ab alce quod
est virtus et ydea forma quasi virtuosus et formosus fuerat
quod ponit postea aliud monstrum s. quia auditus tubarum so-
nus et quasi clamor pugnantis et hoc ibi Iusonuere per-
ca dicit auditam umbram sille tristia cecinisse et visus
est marius fugere alacer et sepulcro fracto hoc ideo dicit
quia pompeius vincendus fuerat psallanus ideo dicit silla ma-
rius gaudet de ibi inimicorum strage amnis fluvius

Hec propter placuit hec pars supra dicta dividitur in du
as partes primo dicit de aruncte augure secundo de
figulo qui erat peritus in astris ibi secunda at figulus.
prima pars habet partes iiijor in prima describitur ipse quantum
ad locum et scienciam. secundo quia fecit fieri. 3o ponitur
sacrificia ab eo facta pro inspiciendis futuris quarto ponitur
verba que dixit ibi secunda monstra iubet ibi 3a vix 4ta his
vix tum In prima parte dicit quod per monstra que apparuerunt
miserunt romani in tusciam ubi divinacionis studium poti-
ssime florebat et inter alios dicunt aruntem qui habitabat in
civitate lune iam deserte hic augur expertus erat casu
fulminis futura precoscere et aspectu interiorum in animalibus
et motu avium actiri ad se vocari maximus evo longe-
evitatis eligitur quia verisimile est illum doctum esse et
expertum. Nam longitudo temporis experiencia facit
fulminis hoc divinandi genus notanter premittitur quia
hoc augurium certa putatur excedere calentes adhuc venen-
tes fibrarum fibre dicuntur pellicule per quas sanguis

I

decreverit vel est extrema pars iecoris aut quedam intestinorum
vena unde legitur sic pt Ille erat edoctus venas caluentes fibre
extremarum partium iecoris in quibus potissime inspiciebant
futura. natos monstruosos scit. deinde iubet sacerdotes una
cum turibus ire circum urbem festum dicentes quod lustra
dicebatur deinde ara constructa ubi fulmen ceciderat sacri
ficat tamen Ioui In cuius visceribus futura inspicit. et in-
sistit autor scribendo romanos pontifices. et quid in visceribus
tauri visum est ut in littera patebit. Nam discors a consue-
to discordans protulerat i produxerat sterili Inuenit quod mon-
struosa illa ori inspexit que steriles usque tunc mulieres
exceperant fetus nefandos nefanda predicentes infaustis in
stabulis lustro est lustrum spacium quinque annorum in cuius
fine Rome fiebat sacrificium quod ad purgationem delictorum
pertinere credebant pomaria loca plena pomis i arboribus
que poma ferunt hec pomus arbor pomum fructus eius
dicitur cingere circuere pontifices s. circueunt partes absol- Gabini
uendo ligando Gabino gabis est ciuitas cuius ciues dum
ante portam sacrificarent superuenerunt lupi et eas hosti-
as abstulerunt. Tunc illi timentes se togis cooperuerunt
vestes in dextro humero supponentes et lupos insecuti sunt
altero die eisdem sacrificantibus est aduentus hostium nunciatus
Tunc illi eodem habitu hostes vicerunt. ex quo institutum est
ut sic succincti sacrificarent vestalem sacerdos veste virgi
nitatem seruare turbatur cum societate sua. cuius quod viola-
te mors erat pena ideo dicit intacta legitur vel vittata i vi
ttis ornata ei autem sola vincere statuam licebat que
palladium dicebatur aspicere quod in ytaliam de troia per
eneam allatum fuerat Tunc qui fata sacerdotes qui seruabant
et consulebant carmina sibillina de quibus est dictum supra
Et Lotam Narrat ouidius in libro fastorum quod ex libris
Sibillinis moniti erant Romani sic matre abest matrem iu-
beo romane requiras de quo consultus phebus respondit quod
in deis Iugis inueniretur mittuntur illuc romani proceres
quibus rex attalus qui regnabat ibidem eorum precibus ne-
gat assensum Sed audita voce ut eam romanis permitteret
deam portare romanis petita concedit. confecta naui
deam apportant. que dum hostia tiberis contigisset to-
ta roma exit obuiam ei. sed nauis limo herens vado hesit
quam omnes suis viribus frustra trahere conabantur. Nam
stat more insula fixa Mulier nomine Claudia nobilis pulc-

Sed casta non credebatur . sed dicit ovidius de ypa . Conscia mens
recti fame mendacia risit . hec claudia a mulieribus discedens
se lavit et sublatis palmis ait . casta vagor . si tu damnas
meruisse fatebor . morte luam penas . sed quicquid aspicit me-
te carere putat . Item dicebat si crimen abest tu casta sequere
me castam . dum loquitur funem qz trahit deo sequitur illam idex
letitie fertur ad astra sonus statim qz sacrificia sunt deo lavan-
tur in flumine qui dr almo in tiberim fluente qui mos apud
posteros servatus est . ergo renovant i . more eorum qui renovaverunt
fuerunt et hec sacerdotes dicit autor cum aliis adesse Et doctus
auguri qui observabat aves mali augurii Septemvir sacerdos qui
sub se septem habet qui sacrificia sacris epulis habundabat et
hoc ideo qui hii sacerdotes copie consecrati erant ticii sodales
ideo dicit quia tacius rex sabinorum instituit alios septem cum
romanorum sabinorum unum fieret imperium Et salius sacerdos
a saltando dictus Nam portans hec ancilia ad collum sal-
tando ibat vel cum Numa pompilius sacrificium faceret
Ioui ancile e celo cecidit significans quod ibi mundi fieret im-
perium . ibi e celo arma fuissent ipsa facta sunt alia ancilia
similia illi . que salii portabant attollens qz . flamen sacerdos
Iovis quasi flamen quia quedam fila in capite portabat in ga-
lero in quo quia multa ad ornatum erant apposita . dicit
generoso vertice apicem vocat galerum sive mitram Illam dum-
que illi In hac parte dicit quod aruns colligit ignes et oculis no-
tat loca in quibus fulmen ceciderat et condit terre i mur-
murat quedam verba terra . ut hoc augurium alibi non noceret
Et dat nomen locis qui vocantur bidental a bidentibus i ovibus
ibi sacrificatis et facit dum ille circumeunt urbem effusam i spar-
sam in magnam latitudinem amfractibus Et sunt amfractus
asperitates vie . et huius plura diversicula . deinde admovet i
appropinquare facit ad aras quas construxerat taurum . ma-
rem electa cervice quia optima deis immolabant et vult
in tauri huius interioribus futura inspicere unde ipa intestina
dicuntur omasus . ab omnibus inspiciendis . sci . quod hostia
vino aspergebatur et cuius inter cornua fundebatur mola i pu-
les ex aqua farina et sale composita et hoc dicit per ista Iam fu-
de bacchum et molas addit quod victima erat impatiens ubi
secundum . quod sicut dicit macrobius observatum est a sacri-
ficantibus ut si bestia que ad aras ducebatur fuisset vehe-
menter reluctata . ut iussum tunc ostendisset quia se in vitam altaribus ad-
moveri hunc putabatur invito deo offerri . quod lucanus
bene tangit dicens non grata sacri victima ubi dicat quod
vix a ministris victima cogebatur collum attendere prebere vi
poplite i genu quod cum volueret dicit quod cruor non emittit

I

non extra salijt solitus . sed intus . ut vivus quia arunus pallu:
it i. timuit tam ex duobus s. ex velutatione extime et ex co
lore sanguinis . postea aspicit viscera infecta notis et diver:
si coloris . deinde iecore tabidum et in hostili parte videt ve:
nas minaces et vivas partem cum pompeio deputaverat et
partem cesari in iecore ut eius extrema cesari . magis interiora
pompeio . et idem servat in diversis membris ut cor et pu:
lmonem cum s. pompeio . viscera cesari deputaverat .. cum s.
pulmonis fibra latebat . et vocat . pulmonem anelum quia
cum difficultate respirabat eius meatibus clausis per quos aer
ingreditur Item cor latebat ut mortuum . At contra omenta
i. intestina produnt i. emittunt quod latebat in eis s. secreta:
ingnam vivacissimam parvo limite intersecante illa vitalia et
ponitur limes pro illa pellicula que est inter pectus ubi cor est.
in ventre ubi sunt intestina alia quam medici vocant dia:
fragma addit hoc fuisse pessimum augurium Et hoc dicit ibi quod
nefas addit alterius quod eius iecoris una pars immarcissima e:
rat altera mortua De vbi carpit In hac parte introducitur
arunus loquens de futuris in hunc modum non est michi fas
dicere populis quod ego ex hoc augurio futurum esse decerno
qui videtur non tam hoc sacrificium fecisse . sed inferis itaque licet
magna timeamus multo eveniant peiora et maiora timore . deinde
deo optat . s. quod dei secundum i. prospera fuerint visa sunt
infelicia . et quod talibus auguriis fides non adhibeatur credat
quod tagem huius artis inventorem hec falso finxisse . propter quod
sciendum sicut dicit tullius in libro de divinatione tages quidam
in agro tarquiensi cum terra araretur repente extitit visus cum
affatus qui arabat idem quod tages visus est puerili specie sed
senili prudentie . cuius aspectu perculsus bubulcus clamorem quod
cum admiratione edisset et concursus ad locum factus est . tota
quod ethruria in eum locum brevi tempore convenit dicunt quod illum
plura locutum multis audientibus qui omnia eius verba exce:
perunt litteris quod mandaverunt . oro autem omnis sua fuit qua
aruspicinam doctrinam continent eam quod postea novis rebus
cognoscendis crevisse . hoc dicit tullius in libris etruscharum
narrata fore ambagi locutione dubia non enim dixit hoc vel
id eventurum sed solum dixit maiora metu in generali At
figulus figulus peritus in astris dicit quod si sidera ordinata
et secundum fatalem dispositionem moventur humano generi ma:
ximum periculum preparatur Ita quod multi simul moriuntur.
de modo tamen moriendi primus dubitative loquitur . eo interro:
gative s. an sit futurum per flumen etc et dicit se videre per
astra bellum imminere cuius finis secutus est futura . et

quid de sideribus dicat in littera patebit tum fuit cura nostris deos
in scientia celi. Ideo dicit deos quia stellas deos esse credebat
Nimphis ciuitas egipti in qua astrorum studium vigebat et ideo
dicit non fuisse hunc aliquem equalem in cognoscendis sideribus
visu et numeris mouentibus astra, id est in astris que per certos numeros mo-
uentur fatali ordine. per numeros autem adequantur planete
ut sciant eorum loco et aspectus et ait ille aut sydera sine ulla
lege et ordine discurrunt. aut si mouentur fatali ordine matura
lues id est pestis parantur rome et toti orbi et ciuitati ea
que possunt esse causa maiorum malorum humano generi et
urbium vorato ab hyatu terre. et hec terre ne dehiscerent inter-
periret aeris serenitas terre aque tam paratis et sine hoc sine
illud sine aliquid sit futurum dicit simul multos moritu-
ros pecora ibi Summo si frigida Consideratis locis et aspecti-
bus planetarum et fortitudinem et debilitatem eorum et calo-
ribus quorundam fixorum siderum dicit si stella saturni
esse in aquario nunc fortis. quod fieret diluuium et nocume-
ntum per aquas. Si sol esset in leone accideret nocumentum per
ignem Si sol esset in leone vel calorem quia mars illos
planetas aspicit quarto aspectu dum nunc est in scorpione
sed mars est huius dispositionis dominus ideo nocumentum per
bellum inueniet. facta autem questione faciunt quasdam figuras
astrologi quibus considerant loca planetarum motus sta-
tiones retrogradationes dum anni ex quibus res iudicant de fu-
turis sed intellectus hominum ex ea scientia dependet / Stella
nocens saturni que esset in ea coniunctione qua nocumentum infer-
ret. similiter spe saturnus nocens est summo celo inter celos plane-
tarum saturnus summus. anni autem planeta celum suum facit
nigros quia non est clari coloris sed plumbei accenderet esset
in fortitudine esset sua. martem sic aspiciens ut dictum est
Refert Seneca libro de questionibus naturalibus fuisse philosophos
dicentes quod quando omnes planete conueniunt in aquario in eodem
gradu et minuto tunc fieret diluuium et eius modo conueni-
entibus eodem in leone fieri incendium Et ideo multi errantes di-
cebant incendia et diluuia fere fieri. Nunc dicit figulus id
fieri posse etiam aliquibus aspectibus planetarum deucalionis
quales fuerunt deucalionis tempore leonem nemeum in neme-
a silua interfectum ab hercule secundum fabulas in celis si-
gnum translatum Tu gradiue mars sic dictus quia grada-
tim ad bellum acceditur. Incendis ideo quia calidus est pla-
neta scorpion pro scorpionem cauda, id est ea parte qua nocet
chelas brachia eius signi quod secundum secundum tolomeum

de effectibus planetarum

I

in quadripertito quod vires planetarum cognoscuntur ex natu-
ris propriis et ex signis in quibus sunt et ex figuris quas ha-
bent in collatione ad solem similiter cum sunt orientales et cor-
motus augentur tunc erunt fortes. Dicit etiam de marte cum
fuit disponens dixit causam esse bellorum inter viros eiusdem gentis
depredationum iracundiam et servitutum et hoc est etiam nunc inter-
dicit auctor de marte et ut ostendat in hiis nocumentis benignos
planetas nullum temperamentum prebere dicit quod Iupiter pla-
neta benignus est in occasu et sic non habet fortitudinem
et venus habet quod tarda cursu suo in fortitudine deficeret
cillenius id est mercurius haeret stacionarius est et solus mavors
habet celum. Tunc signa deseruere viae absconsa sunt signa et stelle
fixe ita ut videntur in suis meatibus et viis solus orion
lucet dicitur orion ab orina id est abundancie aquarum quam
eius ortus et occasus facit hiadem dicitur iugula quod sit arma-
tus gladio et stellarum luce terribilis cum fulgor aut tem-
pestatem pluviarum aut bellorum signat. Imminet Indi-
cium sunt scilicet quod rabies armorum imminet id est presens est potens
ferri quod qui erit potens destruet esse ius tamquam boni cor-
rumpentur mores quod scelus vocabitur virtus et addit quod iste
furor durabit per multos annos et demum finis erit servitus
postea cum bella civilia sub imperatoribus fuerunt et non
liberi ultimo cum dicit dominorum expectatur omnia mala con-
tinuata diu innuens quod civili bello liberi sint alia cum mala
huic comparata levia videntur. Terruerat Narrat de mu-
liere que plena spiritu phebi prophetico predixit omnia lo-
ca in quibus pugnatum est et eo ordine pugnatum est. Et
primo scribitur ipse furens cum quadam comparatione scili-
cet verba que dixit ibi secunda vocibus hiis dicit primo quod super-
dicta presagia id est vaticinia satis terruerunt populum sed
nunc maiora premunt id est gravant eundem Nam talis matrona
fertur per urbem attonita talis decurrit edonis id est ministra
bacchi dicta ab hedonia civitate tracie plena ogigio lieo id est
baccho quia ogigius dicitur thebanus a rege quodam thebano
decurrit de vertice pindi montis bellorum loca sunt pangea
promontoria tessalie que emathia est in cuius campis scilicet phi-
lippicis cesar et pompeius pugnaverunt ubi est bellum sine
hoste scilicet externo quia inter se pugnant romani ibi quo diversa fero
rer. p. m. de tor dicit de egipto ubi pompeio amputatum est
caput iussu ptholomei regis egipti unde dicit truncus quem iacet
deinde cum dicit dubia super equora tangitur bellum in libia
per cathonem Et Regem Iubam. et cesarem ex alia parte gestum
ibi Nunc desuper alpis. Tangitur bellum in hispania gestum

int' filios pompei et Cesarem Ita patrie sedes dr' de morte Ce
saris / postquam tm bella ciuilia insurrexerunt · facta cum so:
cietate int' lepidum qui remansit in urbe et Antonium et
octauianum ut primo dictum Antonius et octauianus contra bru:
tum et cassium interfectores Cesaris prosequuntur illa compa:
ratis magnis exercitibus obuiant ducti octauiano et antonio in
philippicis campis commisso bello anceps fortuna fuit et par
discrimen capta sunt octauiani castra absentis medici sui consi
lio moti · in somnio ut id faceret qui tamen propter egritudinem
bello interesse non potuit Antonium etiam mox timor et ig:
nauia subduxerant · Sed in bello efficacior est fortuna quam vir:
tus error cum octauiano victoriam dedit · Nam cassius in:
clinato cornu suorum cum octauiani captis · Cesaris recipientes se
equites vidit eos arbitratus est fuge · cum speculator ad id
missus rem tardius renunciaret vni ex proximis caput prebuit
auferendum Brutus in cum in Cassio spem suam perdidisset cuidam
suorum confodiendum prebuit latus Ita cum int' eos conuenerat
ut suo Iudicio alieno gladio uterentur Et dicuntur campi
philippi a philippo in quibus his pugnatum est ciuilibus
bellis Et hoc tangit cum dicit vidi Iam phebe philippos &
de alio autem bello quod post hoc fuit depreccatur mulier
ut phebus concedat ea loca videre in quibus gestum est · s · No:
va littora in tellurem novam vbi tangitur bellum gestum int'
antonium et octauianum · Antonius ut iam predictum insano
amore cleopatre ardebat huius mulier a ebrio Imperatore in
precium suarum libidinum romanum postulat imperium in egiptum
transferri quod illi promisit antonius ad primos motus octa:
uiani dat ut bello occurreret venienti positis in epiro castris leu:
cadam insulam et leucathen et ambrachii sinus cornua infesta
classe classe subtexerat prevenit antonius cum cleopatra be:
llum et maximum missum aput actium promontorium principi
um fuge Regina fecit mox tam secutus antonius fuerat ce
sari eos · naues hostium eos · sed illum magnitudo perusabat · an:
tonius victus parat bellum equestre contra octauianum eo qu
etiam victus aufugit deinde inueniente Cesare et Ciuitate tur:
bata se occidit antonius · Regina ad pedes Cesaris prouo:
luta non de vita que concedebatur sed de Regni parte labo:
rabat · cuius pulcritudo Ita Cesaris prudencia fuit vbi
de re quam petebat desperauit se quia triumpho reseruari mit:
texit in ornatissimum natta custodiam · in ansoleum i in Regum
sepulcra iuxta suum se locauit · antonius admotis serpentibus
morte quasi somno soluta est · hic fuit culmen bellorum
finis · dicit Noua i vltima littora et tellurem Noua et vltima
in qua gestum est bellum · ideo non dicit modo quia tam

non vidit. dixit lagei ubi lagus regnavit mutat' mar'
propt' aque copiam flumina famiare mare no habet tan
tam pascedine no albi desertus truncus ibi relictum est
pompei corpus capite ablato libiam arcutum ; aridam
aque sterilitate pirenaicam montem altum lassa firro
intelligendum est qd ipsa lassa fuit a furore dirinus agi
tata iacuit ut quiesceret Secundum qd quod mulieres qs
dicimus hic demoniaces spiritati variis erroribus decep:
pta gentilitas dicebat spiritu phebi agitatas qui cum di
vin acomus sit autor ipa mulieres eius virtute diabantur
dimi nare futura ꝛc

Secundus

I **Am qz ire patuere deum** Continet
hic secundus liber Capitula vi Et in primo pon't
post deprecacio mulierum qz virorum conquestio
In secundo quod incipit ibi at non magnanimo Narrat autor ca
tonis et bruti consilium de bello . et cum hoc catonis mores
scribuntur In tercio quod incipit ibi interea trepido ponuntur
ad monstrandum de pompeio .s. quem locum elegit ipse et ad
que loca misit gentem suam ut ipse resisteret cesari venienti
et sic propt' hoc describitur ytalia in quarto quod incipit ibi
Cesar in arma Narratur cesar pellens omnia presidia pom:
peiana a suis locis In quinto ibi Nescius interea pompei dum:
xilium mitte' domitio quem cesar Corfinum obsederat sed
hoc no audentibus suis mittit pro auxiliis in varias regio:
nes . ipse Brundusium fugit In sexto capitulo ibi at inops Ce:
sar pompeium insecutus temptat eum claudere includit sed po
peius nocturna fuga inde elapsus discessit primum Capitulum
habet partes tres in primo ponitur pecta quedam peticio a diis
secundo mulierum lamentacio . Et 3o virorum conquestio
ibi ibi sa ergo ubi concipiunt . ibi 3a Necnon tristia dicit in p
ma qd manifeste patuit ex predictis deos esse iratos contra
romanos sed miratur autor quare deus istam sollicitudinem
dare voluerit hominibus ut noscant futuras clades . Sed sive m:
dus immutabilis fatorum series regat sive casus res regat
humanas, autor vellet quo qd non esset presentibus eventibus:
rum ut hominibus liceret sperare . Et sic dicit qd presta futu:
rorum sit humano generi ad tormentum vexit leges et fi
consuetum turbavit ordinem tumultu monstrifero sicut na:
turis populus tumultum facit Ita videtur natura irata tumul:
tuari per monstra . parens rerum deus recepit inforo re et ma
teriam rudem i primam materiam . in qua dicebant omnia esse
sub esse confuso quam cahos nominaverunt . Et ex qua dixerit

omnia prodiisse flamma recedit i. procedunt in superas regiones
et hoc secundum existimantes igneas esse celestes speras et gravio
ra elementa in spera activorum et passivorum esse relicta. Ten:
cuit se lege qua coercet cuncta legibus ipse parat quas dedit. vn
Seneca dicit quod deus semel iussit et semper parat fieri causas in:
citum que agerent in melius sui Et divisit mundum ferentem
ipsa secula in moto li. fa. Seculum est quoddam spacium tempo
ris temporalis que in mundo sunt ad instari secundum fatalem
ordinem qui ex divina mente dependet ideo mobile est quia ex
immobili stat procedit dei. sed statim autor casu et hoc facit
cum dicit sine ullo positu i. ordinatum vagatur. sine ordine sine
ordine procedit fixit quod refixit quod semel gerit iterum gerit vices
rerum mutaciones quas ipsemet exponit dicens. et habent mor
talium casum sive nos in exorabili lege fata constringunt sive
res humanas casus temere impellit et iactat. Sit subitum quodcumque
paras et quod mens sit ceca i. ignara futuri Et hoc ut liceat spera
re timenti. Ergo ubi concipiunt Hic primo ponit generalem h
storiam sub quodam simili dicunt conquestionum mulierum ut di
ctum est ibi secunda Mutatur dicit primo quod Romam peritu
ri terrentes futuras clades monstrat iusticiam in duobus s. quod
ius non erat in curia et quod habentes dignitatem vestes
non induebantur insignes honoris non tamen in querelam creati
prebant manebant ut ~~[struck]~~ domus in qua aliquis in extremis
proximo moriturus. ante cuius mortem a plorantibus non clama
tur i. non corruptus sit fides sua fides facta per superos
sit constancia. sit mansura iusticium dicitur cessacio fuit fera:
li crudele ad dirum feriarum que fuit propter abaciatem hominis
honos omnis dignitas ex qua honor est amictu plebeio velabit
Sic fuit primo primum funus est usque ad rogum. secunda pro
funeris cum cremeratur corpus. 3a cum sepellitur Et dicitur
funus ipse defunctus a funibus accensis i. candelis attonite per
turbate et clamata ante apparatum non clamatur sed primo ut
discernatur an aliquis spiritus remansit qui clamore excitetur
clamo mente ponitur tamen quasi transitive. ut clamo istum
i. clamore voco non exegit non petit adhuc brachia famularum i.
servarum que brachiis sublevatis palmas percuciant excla
mando crine soluto. mos est plorantium in funere dicuntur
insuper crines mulierum sicut certarius hominum quia redat
membra premit ut mereturum implectitur. Innatos torquem
tur et volvitur oculi morientium ut innatus quia adhuc
futura est mors deposuit cultus i. que in alacritate orna:
menta sumuntur caterue. Scrutantes delubra templa ro
mani in templis se arsere pro asperserunt. dicit alias ma
defacte idola proximum profluvio lacrimarum. alie obsi:
nebantur in terram alie stabant solutis capillis que omnia

ad deorum

U

ad deuocionem spectabant fecerunt an conquererunt templo Jouis s.
dedois quos precari solebant Nec tucte erant in templo Jo:
uis sed in omnibus templis vnde parens futura in iudiciam
non desint vllis aris. cum uenit solum ad vnam aram sa:
cerdos alterius moideret ideo paratus esset invidie causa qua:
rum vna hec mulier ortatur vt nunc futura mala deplo:
rent quia post factum plangere non licebit ymo timore vi:
ctoris oportebit leticiam fieri scissa ma. genas lacrimas fu:
dit genas et atra liuentes lacertos erat liuor nigredo in
membro percusso Est autem plangere cum voce et cum la
crimis pectus faciem et percutere lacessit irritat prouocat
Nec non bella viri hec pars in qua ponitur virorum
lamentacio diuiditur quia primo facit hoc in generali. se:
cundo in speciali introducit quendam narrantem bella ciuilia
inter marium et sillam gesta. vt ex preteritis qualia sint
futura mala demonstret ibi secunda atque aliquis magno
In prima parte conqueruntur viri quod non sint nati tempori:
bus illis in quibus fuit bellum cum externis hostibus licet
in eis grauia passi sint ipsi romani et deprecantur adijs omnia
alia bella et mala dum non ciuilia essent bella Nota i. c.
No. quod autor bonum tenuit ordinem narrans primo mulie:
rum conquestionem quia earum natura est ad querelam pro
mior quam virorum viri querentes bella partem Cesaris
qui bellum inferebat et castra diuersa i. pompeiana vel diuer:
sa castra et bella quia hij hunc alij alium sequebantur
O dolentis vox misere sortis fortune quod non fuimus nati
et c. et. m. rabie secundum quod hanibal diris et asperis
bellis infestauit ytaliam qui primo diruptum saguntum
hyspanie ciuitatem in ytaliam traiecit. cuius impetum scipio
primo excepit cuius exercitus bis fractus victus fugatus et fu:
git aput quod trebiam hec fuisse gesta narrantur. ipse sci
pio fuisset ab hostibus captus nisi filius suus cum ab ho:
stibus liberasset hic liberatus prius postea patriam liberauit
dum affricam vicit quia affricanus ea victa vocatus est.
Idem hanibal aput lacum trasimenum qui nunc lacus
est perusij flaminium consulem vicit qui consul dum esset
in ciuitate arecij monitus a senatu vt alium consulem ad
se cum exercitu venientem ante pugnam expectaret. noluit ex:
pectare. dicens se missum ad extinguendum incendia sociorum.
Tercio acceptum unquam a romanis aput cannas apulie
vicum vbi duo magni Romani exercitus cesi sunt usque ad
hostium sacietatem de quo bello aliquid sub breuitate dicendum

sunt narrandum dum ad Cannas accederet Anibal et contra erant duo consules romani qui propter discordias quas habebant ita convenerant . ut totus exercitus pareret uni consuli alia die alteri et sic deinceps Anibal copias suas expanit ad pugnam consule paulo vetante non est pugna commissa . ea cum die ille imperabat postero die varro alter consul aufidum flumen transiuit qui erat medius sequente paulo , licet invito . veteresque acribus insistentis ventus volturnus ortus et moto pulvere romanis prospectum ademit Non diu pugnatum est . milites romani terga verterunt deinde orta peditum pugna quingenti equites Numide spem transfugarum prebentes primus abiectis armis . sed postea resumptis armis cadaverum a tergo romanam aciem et eorum poplites ingentes cedentes stragem dederunt et cum iam romanorum victi esset tamen mori maluerunt quam fugere . quadraginta peditum . militum duo . milia cesa sunt . de c.c. hanibali victori . Maharbal prefatus equitum suadet ut romam eant primusque sciant illum esse venturum vero die dicit eum posse in capitolio epulari . Cui cum hanibal respondisset se nolle ad presens dum tempus dicit ei ille prefatus . Nimirum dii non uni omnia concesserunt . vincere scis hanibal victoria uti nescis . Misit autem Anibal quinque modios anullorum que erant ex manibus occisorum detracti ut in ipsa litterarum recitatione quas de victoria mittebat ut romane cladis vestigia apparerent . Tunc sicut dicit valerius quidam ex cartaginensibus querens . si romanorum socii ab eorum fide recessissent et audiens quod nulli desciverant consilium dat cartaginensibus ut legati romanis pro tractanda pace mitterentur et tamen consilio Cartaginenses non putaverunt esse credendum at romani desperantes de ytalia discedere cogitabant nisi scipionis forte oratione retenti fuissent Ita quod privatas opes in publicum contulerunt detraxerunt arma templis armant servos servitute liberatos qui militare vellent . fabius contra Anibalem mittitur cum vincere sciret non pugnas fregit cum hanibal mora . qui bellica virtute vinci non poterat . ob hoc cunctator dictus est . et scutum populi quod tetigit quo in toto primam pugnam in secundo maximam secundi belli punici . dicitur . quod romani optabant potius bonis fuisse temporibus quam tempore bellorum civilium Non . p.p. quia minus est esse petere abiratis sed ut agmina media decernerent fugisse acamenijs Supra flumen est a quo supra civitas post eos declinari sicque Et sic declinatur hic . media provincie nomen est . unde medius possessivum et gentile nomen est cuius provincie acamenia pars est vel media dicatur et

II

a canneijs Massagetem hunc populum dicit hystro contineri massagete
ne irrumpat in provincias romanorum Et dicuntur Massa:
gete quasi fortes gete qui dicuntur sciti fuisse mixti sata et ala:
nos albis opidum duerie situm in extremo septentrionis
ideo dicit indomitum caput rheni qui alios excedebant uix re:
num habitantes qui crudos equestri certamine excedebant si:
cut adhuc hodie gentes · dacus populus getes hij nominati sunt
gete et post getuli quorum soboles daci fore dicuntur · ante
decem fortissime gentes sunt in pugna terribiles · potest autem
declinari getes hic uel hec et hic getalis in omnibus Et
metricus aiebat seriatae gete ubi patet declinatum geta te
lucanus declinat getes hic alter · s · cesar occupat hiberos
hispanis · s · pompeius erectat signa pro uadat contra par:
tos qui sagittis utuntur in pugnis uacet secernat qui di
cat isti duces mei sunt predictis bellis grauissimis implicati
et contra nos timeretur feroces populi · Et nulli populi fe
rant nobis auxilium uel perdere destrue nomen hesperium · non
solum rem sed etiam nomen superueniat flamma in partes et duces
dum nondum uile sit antequam committat scelus cognomi:
nabuntur petiam feci per apostropham pro fieri aut feri
imparatum id quantum prouentum sceleris nostrorum i magnorum
uterum in [illegible] ne alter imperet horum duorum qui enim ce:
sarem sequebantur nolebant pompeium imperare · uix fuerat
tanti mouere [illegible] ut neuter tantum scelus bellicum committi non
debeat ut neuter imperet ipsorum si tamen ut legatur [illegible]
[illegible] esset sensus quod illa queremus ut alter i minus eorum
imperet cum eo scelere quod committi non debeat ut neuter eo
rum imperaret quia non est bona medicina que est grauior
morbo egerit emittit pietas peritura non dimicabit hec tamen
bona intentio sua cura propria cura senum qui secundum an:
tiquitatem securi adire attendentes sunt quam oportet sunt
cinis tumidi · angit torquet adexerunt fata uitam qui mor
te uiuente · uel fata i fatalem uitam senectus grauis tri
pliciter grauis est senectus primo quia est propinqua mor
ti secundo quia uoluptatibus caret propter debilitates
sensus · tertio plena morborum [illegible] aliud enim vi:
derat ciuile bellum ideo mortem optant uidentes se in
casum similem rediturus atque aliquis Narratur hic que:
dam hunc deinde · Mari et Sille quorum bellorum causa
fuit ceterorum inexpleta cupiditas marij · Nam cum de d'mario
certum ille prouinciam sibi dicerem pollicitat impatiens
mirie Silla obmisso mitridate contra quem ibat in urbem

redijt cum exercitu ex quibus collinas porta · dum que supplicans et
albinouanus in Sillam traxa iudices que iacerent Silla iocula-
tus per vim sibi viam fecit Et capitolium victor insedit. A:
quo in omnes marianos seuitum est Marius ipse qui fugerat
latens inventus est in palude et cenolentus per urbem du-
ctus carcere que inclusus est cuius custodia cimbris manda-
ta est quam gentem marius ipse deleverat. hostis dum mari-
um vellet occidere visa lux et audita vox in ipso carcere
exterritus est · Tunc marius aufugit et delatus in affricam
miser imperator facile invenit exercitum Armat cum ser:
vos et captivos liberatos e carcere et exules unde ex hiis
exercitu congregato redijt in urbem et cum Cina Carbo et
Sertorius a quibus omnis Octavianum exercitus qui pro Silla
in urbe remanserat ~~Sclapsa~~ est depulsa · Ad principium Silla
novum cedere desierunt caput Octaviani Consulis pro
Rostris exponitur · Antonius vir consularis in penetralibus
suis occiditur Bebium per medium forum unci traxere carni-
ficum · Sic narrat lucius florus Sed de hijs occisis alit(er)
narrat lucanus vt patebit in lra · Mox Silla ab Asia redijt
Et apud Capuam marianum exercitum obruit fudit · Deinde
apud Sacriportum Collinam portam omnes copie pugnave:
runt vicit que sunt mariani Marius ipse supra catulli sepulcrum
inmutatum visus est Unde valerius de mario loquens li°
vjto dicit que huius condicione inconstancius · quid mutabilius ·
quem si inter miseros posueris miserrimus si inter felicissimos
felicissimus reperitur Silla etiam gladios strinxit in pace adver-
sus eos qui sponte se dediderant vt in lra tangitur Unde ergo
de illo valerius loquitur · que dum victoriam quereret se scipio-
nem prestat · Sed dum exercet hanibalem · nec est auctoris vitii
ope discessio Nam narraturus bellum civile quod fuit de-
structio finalis libertatis hic narrat illud bellum quod fuit prin-
cipium destruendi Unde in decimo li° dicitur olim vera fides
Silla mario que receptis · libertas abit pompeio rebus adem-
pto Nunc et ficta perit · Dividitur ergo hec pars primo
narratur marius victus secundo victor tercio victoria Sille
ibi secunda vt primum ibi 3a Iam quot vlna herba pa-
lustris Cumdi sola Terra que est in paludibus que dicitur
melina que quia aquam imbibit dicitur solum cundum
o fortune depositus Marium ideo dicit o fortune depositus eo quod
in ea nos casus iactatus est · in fimo cum loco natus
summum conscendit honorem Et felix factus est miser Et
misero felix et iterum ex felice miserimus Vincula ferri
compedes manus pedor squalore pedum sordes ferax · Et

II

signat hoc latrosum · carcerem · Exederi consumpserunt alte:
mauerunt · Moriturus consul se consule occisus est · Dab:
at sestimebat penas scelerum pro scelexibus suis Diriguit ho:
ruit vnde marius fugere potuit vertisset ferrum dimisit acē
que tenebat viderat Reddit causam timoris Nam in carc'
obscuro lux visa et audita vox non est fas tibi hunc tange
qui ante mortem suam multos est occisurus se fato poster'.
Servandus est etiam ad vltionem poenam faciendam cum eo vinc:
te multi sunt perituri romani Non ille seruatus est · non
deorum benignitate · sed ira · eis cum cupientibus romanos
vastare hic sufficiens erat ad exequendum quod factum para:
bant idem de plena iniquo Iniquum vocat quia non cum iure
sit eo quod tot futura sunt mala vel iniquo quia tempestati di:
latus est · hostilem quia olim fuerat inimica romanis Ma:
galibus magalia vocat viles domos affrorum que va
cue erant habitatoribus propter bellum gestum olim quod et
in eo declaratur quod dicit Nuda regna Iugurte triumphati Iugurta
i a se victi et in triumpho ducti · hanc plenius narrat Sa:
lustius in Iugurtino · de qua ait sub breuitate percurrendum
Micipsa patruus Iugurte · Iugurtam ipsum vt filium nutriebat sed
videns eum toti numide amabilem et acceptum timuit ne fili
os post mortem suam pro hereditate depelleret · Eo tempore Sci
pio affricanus Numanciam obsidebat cui Micipsa propter ami
ciciam quam cum romanis habebat auxilium mittens Iugur:
tam ei cum prefecit numidarum quam misit sperans aliquo
casu eum opprimi Sed alius fuit euentus quam Micipsa
putaret Nam deleta numancia rediit letus Iugurta glori
osior fama litteras ferens de recommendacione sui a Scipione
transmissas quibus acceptis Micipsa licet inuitus animum fle:
xit eum beneficijs vincere · Ita quod Iugurtam adoptauit · mor
tuo Micipsa orta est discordia inter Micipse filios et Iugurtam
Hiempsalem et Herbalem · Idem Iugurta Hisalem fecit occidi · Et
cum se ad Herbalem conuertisset ille profugiens romam · a
romanis petiuit auxilium · quo audito Iugurta legatos misit
et pecunia ipsis romanis corruptis in suam sentenciam tra
xit senatum ipsos quod legatos qui regnum diuiderent eos
etiam pecunia corrumpit et Herbalem occidit statuunt ob hoc
romani Iugurtam prosequi bello · primo contra eum mittitur
fucinus Sed rex expertus iam fortis animum aduersus romanos
posse quam ferrum pacem emit ab illo Secundo missus albinus
cum exercitu suo a Iugurta corrumpitur vt voluntaria
romanorum fuga · vnde victor extitit ipse primo hoc cu

romam venisset omnibus aut a pecunia corruptis aut attentatis
discedens ait o venalem urbem et mature perituram si empto
rem invenerit. Mittitur contra eum metellus iam romanis
timentibus. hic metellus in disciplinam militarem reducto exercitu
cum multas civitates cepit Iugurtam ad deditionem coegit Sed
ex integro bellum resumens ad socerum suum Boccum Mauri
tanie Regem confugit. cumque victo exercitu Marius contra eum
missus terribili pugna ducibus fatigavit. tandem Marius
forte desperatione venit utrumque ex eo Boccus spem bella abi
ciens pacem petit cuius fraude fraudulentissimus Regum
Iugurta in insidias ductus Sille traditur qui illum ducat
ad marium. Cum quo Marius romam triumpho duxit et
in carcere positus transfugulatus est. Iacuit mansit pressit cineres
sepulturas affrorum Cartago et marius tulit solacia conso
lacionem cum alter et altera fecerit vlcionem de inimicis suis
et Iacentes et etiam mortui deis pacavit quorum videbatur
eorum voluntate succubuisse libicas urbs isto modo cingit:
gravit exercitum in urbem populos libicos commovendo solvit li:
beravit agmina servorum gregem Ergastula ligamina dam:
natorum in carcere Est etiam ergastulum carcer ad quem
dampnati videbantur ad aliqua opera agenda exercere in
dauerunt Et est declinato exero exerum extum compositum
ex propositione ex et sero vis ferro conflato circumdato ma
nus suas que ~~fue~~ sene fuerant et sene future erant Signa
d.n.d. gestanda nisi q.b.v. In Castris Marii nullus ha
bebat officium nisi fuisset magister scelerum exulii. qui:
dicitur cuncta docet. post conquerentes est de fatis que in ro
nit ipsam orationem pompei ibi secunda O scelerum dicit primo
pompeium ignarum fuisse quod domicius esset captus parvus
quando eius auxilium mittere volent primus boni ducis animos suo-
rum experiri. Secunda pars dividitur in partes octo secundum
quod octo ponit facientia ad suum propositum. In prima laudat
suos quod secum sunt rem publicam et pro eius salute pugnant
ponit 2o peticionem suam ut optent pugnam 2a ibi ardent
narrat dampna facta per Cesarem ut depopulationes ita-
dia similiter effusionem sanguinis quod gravius est. Tertia ibi
dii melius dicit prelium ex parte sua iustum esse ~~esse~~ sicut
fuit illud quod contra Cathelinam gestum fuit. quarta ibi
O rabies. dicit Cesaris magnam et furiosam esse insaniam
qui volt esse similis ducibus qui priores infestaverunt. Et
non volt admirari inter sanctos et bonos duces ut fuit ca-
millus metellus et similes. quinta ibi quin quam sig^a dicit
esse passurum quas passi sunt rem publicam infestantes
se duce. optat quoque crassum vivere ut Cesari opponeretur. Sexto
ibi Me quoque dicit se potentem ad resistendum Cesari et non
obstante etate. dicit se animo et corpore vigere et non
timendum senem pro duce sed militem senem timendum
esse sicut habet Cesar in se potentiam ratione utriusque consu-
lis et senatus qui secum. Septimo Cesaris acta vilificat

s. quia plures rebellarunt In quo ostenditur non victorem timeri
Similiter quia fugit arveno et a britannis Et hoc fantibi
multis in rebellis actavio ibi an vane · quia Cesare posset
Extolli eo quod fugerit cum fuit ex urbe populus romanus · respon-
det hunc dicens · populum non fugisse sed secutum fuisse
pompeium in re militari strenuum ducem · Nam piratas vicit
Et mitridatem Et ex omni parte mundi multas gentes subegit
romano imperio · Insurgens classica pugnam signum pro si-
gnator · sed secutaro sequenti die mixta pietas ad hoc
ut prelium sit iustum quia non solum illa conveniunt contra
Sed etiam ad patriam liberandam · unde dicit vindex patrie
i. liberatus se · Est enim vindicare vindicare in una signifi-
catione liberare ab iniuria imminente unde virgilius primo
Eneydos Bruniq tobis vindicat armis Cathelina huius
historiam Salustius plenissime enarravit de qua aliqua
breviter videre non erit inutile ad textum exponendum Catelina
vir genere nobilis fuit · et vicijs suis a nobilitate degene-
rans · suarum prodigus rerum alienarum quam cupidus eloquens
multum · sapiens parum · multos sibi familiari amicicia
induxit / quibus bellum et civilis discordia utilis videba-
tur eis coniurant opprimere patriam eam quam incidere civi-
tas rapere Nobiles matronas puellas ingenuos quam pueros ad
stuprum pro suis pro sua voluntate concede · In ea coniuratione fuit
quidam nomine curius cui vetus consuetudo erat cum fulvia
nobili muliere concumbendi · sed idem ad inopiam redactus
Et fulvie minus erat acceptus · Sed coniuratione in spem ma-
gnam elatus cepit magna polliceri · interdum quam minari
patefacta illi coniuratione / quam mulier pluribus vulgavit
Ob hoc datur Ciceroni consulatus / cui per dictam fulviam
Catheline consilia nota erant et ideirco in insidijs quas
Cathelina cum socijs in Ciceronem consulem sepe moliebatur
non habuerant felicem eventum · ob hoc cathelina quosdam
mittit ex socijs qui pararent exercitum et maxime fesulas.
Idem cum postea Ciceronem et in Senatu agmlinuz vocasset
aliam quam in eum dixisset obprobria eiectus curia ad exercitum
quem parabant socij nocte pervexit mandans hijs qui in
urbe remanserant ut quod opus esset agerent diligenter Eo
tempore legati ad Ebrengium romam venerant a senatu
petituri vectigalibus allevari quibus intolerabiliter gravari
nabantur · hij sollicitati a socijs Catheline magnarum

De Catelina [illegible]

II

lorum promissione in eorum recipiuntur societatem. panditur illis
coniuratio ordinata eam post factam ipsi indicant Cice
roni cuius preceptum simulant se cupidos facti petunt quod a len
tulo et cethego et aliis principibus et sociis Catheline
ut iusiurandum debet suo sigillo munitum. dicunt quod ciui
tatis sue ad tantam rem princeps aliter non fuisse cre
deri. Impetrant quod petunt datur quod eis quidam nomine
vulturcius eos ad Cathelinam ducturus ob societatem fir
mandam eo facto Cicero per legatos edoctus nocte dispo
nit insidias. capiuntur capti quoque ad Ciceronem ducuntur. qui
rem omnem in senatu demonstrat Consciis coniurationis a
legatis romani edocti illos capiunt et suspendio puniunt Ca
thelina autem bello persequitur in alpibus pistorii pugna
victus in strage suorum mortuus est inventus Ex quibus pa
tet quod intelligit dicens cesuras iniecta fauces sociis quod furoris len
et minus in societas cethegi exerti manifesti et deprehen
si ut dictum est camillus de camillo et metello viris et
ducibus optimis patebit ibi in sequentibus. Ad cinnas ma
rios quod venus vis et similes cinne et mario et eorum se Cina
quacibus Cinna fuit consul una cum mario contra be
llo. quod cum silla fecerunt ipse tamen Cinna a quarto
consul ab exercitu cui preerat extinctus est. Sicut autem
Orosius paulus sillam dicit contra marianas partes
plurima per bella infelicissima feliciter gesserunt. Nam le
pidus mariane partis adversus catulum sillanum ducem
surgens bellorum cineres sopitos iterum suscitavit inter cas
bis acie certatum est Et hoc tacuit ibi ut tacuit catulo
lepidus. Item Sertorius mariane partis sillam fugiens
in hispaniam bellicosas gentes in arma concitavit. hic roma
nos plurimum fatigavit tandem contra illum pompeius mittitur
qui a sertorio aliquando victus fuit. ultimo victoria fu
it Et se ipse Sertorius a suis occiditur. Item pompeius
insecutus est Carbonem mariane partis ducem cum quo plu
rima sui exercitus privavit et vicit Et hec tangit hic ibi
istas securas Et sunt secures signa consulum. Si qua fides
aut dicit hec propter affinitatem que fuerat aut quinque si
qua fides est in gente te his cupere licet fidam te in his
aute venerare victoriis tamen invideo, i. doleo vel licet
confidatis et fidem habeatis de victoria contra illum. tamen
invideo. doleo o cesar ut inter istos numereris. vellem cum

potius hoc facere Crassum .s. qui titulum haberet de re victo sc
despirito unde sciendum quod gladiatores abitogui Lentuli di-
ffugerunt et ducibus Crixo et Spartaco montem Vesuvium occu-
parunt eos quia gladium absidentium eruptione facta mox expu-
gnant et brevi tempore magna multitudo collecta servorum
fugitivorum cedibus et rapinis stupris incendiis omnia turbabant
deinde contra eos consules missi Gellius et Lentulus magna
corrupta clade fugerunt. Hac elati victoria urbem trepidam
invadunt contra eos totis imperii viribus est certatum novi-
ssime Licinius Crassus cum ipsis pugnas eos pellit et vicit
quos in Siciliam parantes traicere in totum oppressit et tunc
Spartacus fortiter dimicans occisus est et decimus exercitus lx^m capta.
cetera sex milia reseruntur. Et sic Pompeius Cesarem simi-
lat Spartaco in culpa sperat quod ut similis sit in pena
qui bellum contra patriam movet. titulis ludibus. desertis fu-
gam excusat nam patrem in urbe tm optantes ex urbe disce-
ssierunt. dux o senior quia longitudo temporis experienti-
am fecit. dum milites nos illis. fit senior magis illud vigesimum me-
lius est ut exercitus iuvenis consecrare etatem non dum venisse
pugnandi quem preteriisse doleat, et, hec respondet convenienter
dicto auctoris sequentem litteram ordina sic. Ergo ascendi eo
quo liber populus potuit producere civem et nil reliqui su-
perest nisi regna nisi regnacionem quasi dicat nullus po-
test esse maior me nisi qui populi libertate destructa vel-
let dominus esse, unde qui volt amittere Pompeium volt occu-
pare rem publicam et hoc dicit volens innuere Cesarem huiusmodi esse
Renum Cesar ex gallia in germaniam transiit facto ponte
super Renum qui casu regiones dividit quarum causa transe-
undi fuit quod Suevi germanorum gens amplissima treveris mi-
serunt cum Cesare bellum gerentibus secunda causa erat quod
Ambiorix apud eos receptum habuit. qui civitates induxerat
ad rebellandum romanis. Tunc Suevi cognito eventum cum
cunctis copiis suis in extremo fines se receperunt expectan-
tes romanorum eventum ad silvam immense magnitudinis
quibus Cesar intellectis constituit non progredi longius sed
exercitum reduxit in galliam partem pontis rescindens et fir-
ma presidia relinquens ibidem. Narrat autem Cesar in
historiis suis hoc se fecisse timens inopiam frumenti que
in germania et maxime in Suevia est sed Pompeius dicit
nunc hoc eum fecisse propter timorem illius populi. Idem co

N

stituit in Britaniam transire cum intelligeret tamen se in omnibus
bellis auxilia inde missa fuisse. quare multis navibus fa
ctis in eam insulam traiecit romanis volentibus egredi naves
Britanni eos dura pugna lacessiunt. tandem fugantur Bri
tanni. qui superati ad cesarem legatos de pace miserunt
polliciti obsides dare et se imperata facturos. Interea orta
tempestas naves romanorum afflixit. amissis ergo navibus
tocius exercitus turbacio facta est non enim erant naves quibus
reportari posset exercitus et neque frumentum his locis in hie
mem provisum erat. hostes cognoscentes et naves et frumen
tum deesse romanis rebellant sperantes victoriam si eos com
meatibus interclusissent. Cesar frumentum in castra undecumque
poterat portabat et ex navibus destructis aliis alias re
ficiebat. Et iterum pugna commissa britanos vicit. post victo
riam exercitum reduxit in galliam his quas refecerat navibus
timens tempestatem que in illo mari in plenilunio conti
gebat. Et insuper frumenti timens inopiam ut dictum est. pom
peius autem dicit propter timorem britanorum eum discessisse
unde dicit territa quesitis ostendit terga britanis. Et addit quod
culpam sui terroris transtulit in mare. unde dicit necnon oc
ceani stagna metu profundi quia illud quod superfundebatur
mare quandoque recedebat ut in primo dictum erat ideo dicit
Incerta an vane tumuere mine. an ipse minas intumuit
furoris belli urbem urbanos piratam & piratis et Mi
tridate satis in principio dictum est. Dimovetur veneno a
loca ponti insule cuius erat rex indomitum qui lx annos
romanos bello vexavit cum Anibal solum xiiii hoc fe
cit. periens nisi annis quatuor morantem impedientem
romana fata. felicitatem romanam. pars mundi. in armis pre
mundi victoriam reportavi. Et statim dicit enumerando partes
arctos. septentrio. habet me victorem ad quam vi phasidos flu
vii qui in septentrione est. medius axis meridies est in
cognitus. in calida egipto regio calida est egiptus unde in
decimo inscrit in egiptum primo quod sole calentem. Et in siene
nusquam flectente umbras. Siene est oppidum Sienes civitas est di
recte cancro supposita. quare cum solum ad cancri signum
pervenit. tunc hora meridiei in nullam partem corpora
umbram faciunt. qui sol directe inspicit verticem capitis eorum
Et dixit in decimo libro cancro quod suam torrente Sienem. occa
sus in occasum victoriam habuit ut in hispania. Bethis
flumen hesperius hispanus et fluit in mare ultra quod non
[illegible] ideo dicit per omnia fluvia bethim fugacem vocat aquam

De isto clausulo [illegible]
vide [illegible]

maris que est in magno fluxu. Constat autem quod occeanus ab ori:
ente et occidente in mare mediterraneum intrat. unde quod fl:
uctuatio magna quare illac navigari non potest Arabs arabie po:
pulus quam pompeius subegit. sic etiam quasi asiam totam
exceptis parthis qui fedus maluerunt et exceptis indis qui
adhuc romanos non noverant. Et nominantur hic populi quidam
ut Enochi colchi de quibus fabula est aurei velleris exce:
pti eis que fabula ad libros ovidii spectat Item Capadoces
Iudei ab eo subacti sunt et dicit orosius quod in ierozolima
pompeius a patribus susceptus est. a plebe vero templi re
pulsus muro / quod pompeius continuata inpugnacione tercio mense
sui spacio expugnavit post ea muros civitatis evertit iussitque
ibi regnare hircanum de regno cum fratre aristobolo desiden
tem Iudea incerti dei non manifesti cum cum gentiles de
os esse putarent quos vitra cognoscerent. Iudea hoc non colebat
sed verum deum qui fide non humana cognoscitur ratione
vel sensu. sop molles delectabiles voluptuose armenios
victo mitridate cuius fuerat armenia. dedit enim pompeius de:
iotaro regi qui eum iuverat contra mitridatem Tauros
populos dictos a monte quid relinquam .q.d. nil' .p.b. et po
rco cum portico Tercia ducas nullo Continuo facit in
hac parte primo pompeius narratur Capua dimissa
misse Brundusium consilio mutato de gente mittenda domi
tio secundo ponitur quedam similitudo super hic Et est ta
lis tauris volentibus preesse armentis alter cum altero
decertat victus fugit multum quod in secretis locis pascit
qui dum se fortem senserit redit ad pugnam consuetus conspectus
Ita facit pompeius et hoc facit ibi Taurus ut Tercio describi
tur urbs Brundusii quantum ad situm suum ibi urbs est. Terci:
to pompeius mittit suum filium pro diversis auxiliis acquirendis
et senatores mittit in greciam ad eandem causam ibi quo vel.
clamore qui scivit si optaretur pugna matura prestima.
pro. primus spe quam pompeius promiserat dicit mandare. non quo
petant milites dignum belli motum in suis. referri non mitti
agmen iam victum fama e non nisi. male resistitur facto
quis victus est fama discrimen accipitur hic pro periculo
primo etiamne quia futurum est secundum exul. ab alienis:
tis longinquitas Nam exul prope dicitur quod plurimum sunt vacuos
armentis inpastus in pascua remota recepta viribus ac:
quisitis qui boni maxime. sunt in dorso excussi moti thori
palpe palearia taurorum de quo dicitur esse toros dictus tauri

II

palcaria . lectos victor pro victoria sperat in saltus in loca silvosa et montuosa ~~trahit~~ trahit agmina gentem signat quam pompeius est receptureus tradidit relinquendo hesperiam ytaliam [illegible]
Urbs est de scribitur brundusium Brundusium ideo quia Egeus cum actus cum filium suum Thezeum mitteret in Cretam secundum sortes que illi in illum ceciderant eorum ut traderetur mino tauro devorandus Cui singulis annis septem athenien ses occidendi dabantur in ultionem andro[g]ei filij Regis Mi nois qui victis atheniensibus talem dederat legem Sed facti one federe ariadne victor evasit ea quia peste athenas libe ravit occiso minotauro Sed quidam ex socijs Thezei obliti sunt precepti scilicet quod nigra vela non referrent Si Thezeus evasi sset . sicut Egeus preceperat . unde ipse nigra vela aspiciens et credens filium mortuum se precipitavit in mare quare illi timentes obviatum Thezeum huc fugerunt ubi post ea Brundu sium constructum . dicitur autem Brunda caput cervi . unde Brun dusium ei simile est ibi cum est mons in modum capitis cervi in quo civitas sita est unde procedunt duo colles cornibus cervi similes inter quos clauditur mare Dictis cretensibus profugos argumentatur locum esse tutum qui profugi ele gerunt Cecropie dicuntur athenienses cecropie a rege suo ce crope ardua lecta sit . Angustum latus hesperie augentur se in arctum producit tenuem linguam in equora Et vo cat linguam illam terram que extenditur intra mare in qua Brundusium est . claudit undas adriatus cornibus flexis mon tibus flexis in modum cornium cervi ut dictum est n[ec] tamen s[atis] portus artis . ut tutus sit . facit arcs que minuit locum eo modo ut ibi mare sit quietum . vel legatur artis i[d est] stric tis faucibus . si insula non excipiat violentos coros . saxis insula obiecta ea parte qua flat chorus reddit locum tutum Hinc illinc montes quos vocant ceraunia tremulo fune i[d est] an choris non firmiter fixis . tunc cum funes tremunt . Et tamen secure sunt ibi naves propter portum quietum . Hinc late patet est apertum fretum non clausum ut iuxta Brundusium Seu arguit locum esse tutum . quia quibuscunque est intra ad loca vicina ut est Corchyra illiris Epidamnus insurgente tempestate fugiunt ad hunc locum tamquam tutissimum vergens extendens se Ionias mare Ionium dictum a ijo adria mare adriaticum dictum ab adriaana Ceraunia clina tones undarum in nubes in altum Saxon scopulus

in calabria qui imminente tempestate tegitur quare multu timetur a nautis ubi vellam dicit in hac parte quod cum iam pompeius de rebus italicis desperasset nec putaret se in hispaniam ire posse tamen propter longinquitatem tum propter difficultatem itinerum tunc affatur ex pluribus filijs eum cui erat etas senior i. maior etas. erat ei nomen Sextus Et precepit ei ut vadat in recessus i. in remotas or: bis partes pro auxilijs ut ad eufratem s. ad loca que incolunt parthi. ad nilum quem incolunt Egipti et libij ad cilices qui olim exercuerunt piraticam ut redeant in mare a quo olim amoti fuerant. adeat reges phacios egiptios tigro nem armenie Regem. hic perse cum Romanis bella gessit Mitridatem ponticum pulsum menibus suis dimit idem a pom peio bello pulsus post victoriam Mitridatis videns se au dire maiora supplex ad pompeium venit corona quoque depo sita se ante pompei pedes iecit. quem ipse pompeius am se iacere passus non est sed coronam capiti reponere iussit certis quoque impetratis rebus eum in pristinum statum resti tuit Et sic dicit valerius Iudicavit pompeius pulcre Reges vincere et facere sed quare rex pompei beneficio obi gatum inviolatam amiciciam cuius semper amiciciam re tinuit et ob hoc dicit Tigranem quoque meum. moveat vel pompeius ut arma pharnacis filij mitridatis non relinquat nec populos arma in utraque quia maior et minor est armenia nec gentes ponti insule cuius Rex fuerat mitridates Riphe: as quoque maius gentes de Scitia dicta a monte Ripheo. ducat quoque gentes sithie in qua palus meotis est que ad eo fortiter gla ciatur ut illac carine currubus ab ipsis scitis. unde dicit denso equore i. cuius planicie congelata. ultimo multa sub bre vitate comprehendit ut eat ad omnes gentes ab eo domitas Item dicit vos consules qui signatis fastos i. libros annales In quibus cum scripturis publicis ipsorum in principio anni co sules conscribebantur sicut nunc pape et imperatoris noia imponuntur in Epirum Et terras macedum que sunt in mace donia in qua vult eos varias partes dum yemis non sunt guerram agitari At magni patiens Redit autor ad narrandum de Cesare Et sex facit primo scribitur Cesaris furiosa ad bellum sollicitudo. secundo Cesar intitur brundusij obsidione concludere. 3° consilium et acta pompei descendentis quarto genus Cesaris pompeianos invadens et nocimentum invadens illatum. quinto pompeius discedens et tempus quo discessit. sexto reddit autor causam quare pompeius est a for:

II

tima patria sepultura prematur. Secunda ibi nec versus 3a pompe
ius tellure quarta ergo hostes. quinta lum phebum. Sexta querit
indigne dicit in primo quod Cesar assequitur id est inmediate sequitur
atque premit vestigia soceri In quo vadit pompeius. vincit ipse
insecutus eum. ne interposito alio aliquo tempore aliquid
fata mutarent de eius felicitate. dumque alii contenti forent
tot opida cepisse pulsis hostibus. huic nil videtur egisse
dum agendum aliquid superest Et non sapiunt agere Cesa
rem. altitur cum sint vires et maxime in bello unde Statius
quas volens gradiare vires. Unde Cesar dimissa roma que caput
mundi erat quam de facili capere extimabat Brundusium in
vadit quia actum erat sibi sine arte bellum si ibi pompe
ium opprimere potuisset obstruit claudit molibus magnis
ponderibus saxorum terre et eius materie undas maris ca
dit in immensum cassus labor per ypallagen immensus labor
cedit in vanum ponto omnia devorante Et arenis immiscente
adeo ~~ut~~ adeo ut ibi terra non videtur congeri Et acci
debat hoc sicut si celsus erix mons magne altitudinis mitte Erix
retur in mare egeum cuius nulle rupes eminerent propter illi
us altitudinem maris vel si gaurus mons mitteretur in pro Gaurus
fundum averni lacus penitus stagnantis qui est totum
stagnum fundo carens. quintum ad inventionem meam Ergo po
stquam nulla moles tenuit sua pondera id est postquam nullum pondus
magnitudine sua firmum stetit ne diffluerent vado in mare
tunc accepto alio consilio nititur mare claudere ligatis tra
bibus in contextum pontem. super construuntur turres Et alia
munimina quibus possit opus tueri ut ab insultu pom
peianorum navium tuti reddantur. deinde ponit similitudi
nem super hoc quod iste pons similis fuit ei quem xerxes
construxit super hellespontum. Sciendum ergo xerxes filius da xerxes
rii dum bellum a patre contra grecos susceptum exequi
niteretur spatium quinque annorum in apparatu belli consumpsit
hic congregavit incredibilem numerum armatorum dicunt
enim illum habuisse decies centena milia virorum quare
dicebatur regi per adulatores suos quod nec flumina tante mul
titudini ad potum sufficerent. nec vie non campi latitudinem
caperent gentem cum quod exercitum non solum sufficere ad dele
ndam greciam Sed ad invadendum totum orbem terrarum
Rex duo fecit primo pontem ~~prim~~ super hellesponto constru
xit que est inter seston insulam asie et abidon insulam
europe. Secundo fodit montem athon ut per eius medium

II

scissuram immisso mari navigari possit. unde Juvenalis ve-
lificatus athos. hoc ei faciendi duplex causa erat vel fu-
erat Nam sepe gravius fluctuantem timebat Hellespontum. Et
ad exercitum transportandum ad recipiendos liberos commeatus
minus utile erat tumidum superbum Nam pedes super
mare ibat per loca montium et sic videbatur vim fecisse
nature admovit admisit europam asie ponte tanges e
as Seston abido harum altera est asia altera europe. non
timens eurum et zephirum et hoc erat quia non cogebat
per ellespontum ire. quia ab athenagua fit extimatus ideo
dicit rapidi cum idem xerxes ferret rates et vela i. velatas ra
tes per medium athon per quem scissum mare miserat ibi quasi tutus
a ventorum impetu navigabat. sic hora ad aptatas compa
rationes casu nemorum plus testes metantur ora obstruunt
terras tremunt quia super trementem videns fecansum et inte:
drus exemptione discedere plures naves naves suas misit
ad hoc opus. missilia. et attensas faces iaculatus viam
fecit et hoc ideo ut presentiat qualiter fieri potest. Et ut
Cesariani minus tanti videantur se discedere volentem. tan:
dem volens ad fugam intendere omnia iubet tacite ad ministra:
ri. et ibi viam faciens salvius recessit preterquam ultimam
gens de suis que periit in eclipsa ab hostibus Et dicit su
per hoc Frontinus. sicut cum pompeius brundusii yta
liam vellet instante a tergo cesare consensurus classem
quasdam vias obstruxit alias intercidit fossis eas quasi sudi
bus acutis et summo contexit quosdam aditus qui ad po:
rtum ferebant trabibus strenctis in densum ordinem ingenti
mole tutatus est quibus perpetratis ad spem retinende ur
bis raros in menibus sagittarios reliquit ceteras copias
sine tumultu produxit ad naves. cum navigantem mox
sagittarii per itinera nota digressi parvis navigiis asse
cuti sunt in quo patet quod etc. alia cautela usus quam lu:
canus enarrat compressa clausa tel nova ad quam non
intro venerat vel terra quam cesar addusierat in mare
angit cogit coactus est cogitare curis mordacibus spiritum
cura commeniens. Nam cura dicitur quasi cor urens. Spargat
bellum bellantes rates pleno nostro acte dirige tensis ru
dentibus funibus per claustra maris per mare a ce
sare clausum discussere salo m. edificia cesaris Et ba:
lista torta tensa va. la. est iaculata faces multifidas
i. in multas partes fissas quod fit ut melius comburant.

II

Buccina tube similis sed ea longior quam belli publicatio
diem mutabat pars tuba bellum denudat horas . Ita
consuetudo romanorum erat in castris propter custodes qui
mutabantur in nocte ut tangitur libro quinto . Tercia iam
vigiles commonuerat hora secundos Iam expectat ultima
virgo duplicat tempus describit nam dicit iam dicit
tempus fuisse quo sol est in libra quod est a medio septem-
bris usque ad medium octobris et dicit ante diem fuisse per
duas horas quod ex hoc patet quia cum dies naturalis sit
viginti quatuor horarum et sex signa oriuntur in die et sex
in nocte Ita quod in die naturali semper duodecim celi si-
gna oriuntur opportet quod ortus cuiusque signi faciat duas
horas virgo eo tempore erat signum quod oriretur in nocte
qui cum expectat oriri sequitur quod due hore de nocte restabant
post ea libra quem virginem sequitur in die oriebatur cum
sole bene ergo dicit virgo ultima quia ultimo oriebatur in
nocte precedere expectat ortu oriebatur et precedebat chelum
id est libram que fit ex brachiis scorpii et pedibus virginis
Anchora non movit voces solent homines in ponderum agi-
tatione clamorem facere quod hic non fit cum anchoras tra-
hant quibus naves in portu firme manserant . et idem
in aliis contingebat unde dum dicit dum iuga instrumen-
ta navium et sunt sedilia secundum papiam . sed dicit quod
nam intelligere de antenna . Dum ardua pinus id est alta
malus ubi vel aptantur pendentes quia super funes .
ascendunt Deducunt apperiunt vela que stricta fuerant . nec
quaciunt nec agitant rudentes funes sic dicti a strido-
re quem faciunt dum trahuntur unde videre annalium
est . ergo ne audiatur stridor rudentium ipsi met erigunt
malum curvat iuga extendunt vela non nisi auxilio ru-
dentium ut fieri solet aura sibilet stridat dux ac vos
a auctoris ore loquentis . s. quod fortuna debet concedere pom-
peio ut ytaliam perderet quam ei retinere vetat . sed vix
premisit Nam senserunt hostes mare motum multitudine
remorum quibus pompeius discedebat Et cives brun-
dusii apertis portis cesarienses intromiserant in civita-
tem qui secuti pompeium duas ultimas naves vicerunt
ergo hostes pompei receptis muris et portis quam omnes
fides conversa cum fato poluerat id est apparuerat . Et con-
vertitur fides cum fato . quando illi servatur fides cui favet

rudentes

fides fat

[heu pudor / proh pudor]
[Colchis]
[Quomodo navigavit ... Jasonis]
[Simplegades]

fortuna et sic faciunt Brundusienses qui timent asperi cui
fortuna favebat potuit ora flexi portus per totum sup
descriptum locum signat heu pudor pro una interiectione acci
pi potest sic proh pudor. Et est vox indignationis Si autem pudor
sit dictio per se sensus est pro verecundia est et parua vi
ctoria quod pompeius aufugit angustus litus artior euboi
ca unda que verberat chalchida mittebat puppes in equora
Est autem colchis civitas euboice regionis ubi mare artatur
cui comparat hunc limitem id est hanc arctam viam hic scilicet in an:
gusto limite hesere remote sunt et excepere manus para
tas classis pronus que debebat transportari. prima victis mil:
itiam est ut ad pugnam cogerentur Nereus mare tracto bel:
lo in littore pugnatum est in terra ut pegasea comparatio
est quod sicut pompeius abiuit amissis ultimis carinis sicut Ia:
son amissa ultima parte navis sue quando ivit rapturus
auream vellus. Dicunt enim poete quod terra indiguit quod homines
nondum vere per mare transissent iecit quosdam lapides super na
vem Iasonis ultimam partem navis scindit sed ipse cum ali:
a parte tutus evasit. De quo Antiklaudianus dicit quod fuit
prima mortis quem tamen post hunc casum non amplius
vivit sed securus aditus per ea loca navibus fuit. Unde
dicit ferre et accipite montis vitasse ruinam et iterum addit
domite simplegades et nova posse iura sibi cunctis faciles.
Iam puppibus herent ut vimi dedicere semel pegasea a
monte pegazeo ubi fabricata est cianeas cautes lapides a
regionibus dictas sit simplegades vel proprium nomen eo:
rum lapidum pontum inanem sine navibus argo nomen
navis unde dicti sunt argonaute socii Iasonis minor
minorata puppe ultima parte. subducta est montibus sepe
rata a locis illis in quibus hoc recepit et simplegas redit
statura redierunt lapides illi ad locum a quo ceciderunt
mari recipiente eos Iam phebum temporis descriptio scilicet
quod iam quasi dies erat color eoi Caucasi non idem erat
eius quod fuerat in nocte monebat phebum urgere suos
equos impellere alba lux non dum rubet adveniente die
primo albet celum in oriente deinde rubet plaustra flexi
boote plaustrum ursa minor dicitur hec omnia sunt si:
gna advenientis diei hoc tempore dicit pompeium cum
navigasse cum omnibus suis. Sed non cum eadem fortu:
na quam habuit quando piratas vicit. inde tunc enim intra

III

cassa fortuna prosperitatibus quas pompeio tradiderat qui tamquam quiescens retrahit modo manum queritur indigne iram indignum ut pompeius moriturus careat sepultura in patria. Respondet lucanus quod cum fortune nefas contra pompeium intendat .s. eius ruinam et mortem ideo velit quod hoc nefas lateat .i. in remota orbis parte. Et quod romana tellus securetur mortis et sanguine huius iusti

Tertius

Protulit ut classem Hic tertius liber conti-net quinque capitula in quo narratur discenden-tis pompei sompnium future cladis premonens. 2o cesaris promissio provisio certa frumenti copia in ytali-am inducendam. 3o eiusdem reditus in urbem erarii spoli-atio. 4to auxilia pompei ad ipsum ex diversis advenientia locis. 5to bellum aput massiliam a cesaris gente gestum. 2a ibi Cesar ut emissas. 3a ibi Iam quoque et populos. Quarta ibi Mota magni. Quinta Ille ubi deserunt. Navigan-tium primo dividitur. primo describitur navigatio et despe-rium navigantium. 2o sompnium dormientis pompei. tertio ipsius sompni a pompeio spreta cominatio. ibi 2a tertiam ibi dicit primo quod flante austro naves velociter movebantur ad ionium mare. cum quoque omnes naute eo quo ius iter erat aspicerent. pompeius tamen solus retrorelictam ytaliam pro-spiciebat et quia discedebat numquam ipam revisurus tamque ysume spectans cacumina montium nubibus tectum et montes dubiose videbantur. dicit autem dubios aut quia res a longe visa dubitatur quid sit. aut quia quan-doque videntur quandoque non. Secunda parte dicit quia dor-mienti pompeio apparuit iulia in sompnio sub habitu tr-isti qui videbatur "sc dixi" dicere. post bella civilia in-amatus nocentium dicebat se sedes infernales preparari pro morituris bello civili. Dicebat etiam fortunam pompei mu-tatam postquam corneliam duxit uxorem. Item se a fu-tura nocte ad molestiam inferendam amori coniugis et pom-pei. inde hoc idem cesare faciente. addit ultimo quod pom-peius erit suus post bellum civile. In quo indicat ei mor-tem. De tertia parte dicit quod quamvis sompnium hoc ei cladem nunciavit. tamen animum maiorem assumpsit in bellum. dicens non timendum esse de sompniis. In quarta dicit quod erat tem-pus quo sol occidebat cum ad terram venerunt. Sed non dicit

III

ad quam venerunt terram. sed sequentibus patet eos ad terram ma-
cedonum venisse deinde transisse in Epirum quem pompeius generandi
belli sedem elegit Iulia visa tollere pro attollere per im-
as hiantes aperturas sc. qui ab inferis veniebat sepulcro ac-
censo accensis lucibus circa sepulcrum Ego expulsa sedibus eli-
Elisius ziis et campo piorum ambo idem sunt Elizium enim campus
est piorum ubi bonorum anime habitant secundum fabulas
poetarum. Ideo autem Iulia pellitur quia cum pompeio mari-
tata est. cui propter bellum civili dicit parare locum inter
animas nocentum vidi Eumenides tenentes lampadas quas qua-
terent vestris armis agitant furie ignes suos horum armis ut
fortius accendantur In quo vult significare eorum magnitudi-
nem adusti flumen infernales finguntur porthitor qui caron
dicitur nauta fluvius eius Acharon In numeras multas
In quo significat multos morituros qui transeundi sunt Cha-
ron autem mors est que ad aliam vitam nos transire facit
Laxantur spaciosa et laxa fiunt ad que torquendi sunt fu-
turi venturi. vel laxantur i. fatigantur propter preparacionem loco-
rum tartara i. illa de tartaro Sorores de quibus est loquitur
Fata parce Cloto colum baiulat lachesis trahit. antropos occat. Cloto
que colo lanam apponit signat rerum principium. Lachesis que
filat signat temporalium rerum duracionem antropos que incidit
signat temporalium rerum finem. Nam secundum Salustium omnia
orta occidunt. et aucta senescunt. Hec dicuntur tria fata par-
ce quia nemini parcunt. quia quicquid est est in tempore inci-
pit durat et desinit. unde dicit autor quod dimissis officiis suis
cuncte laxantur rumpendo stamina quod omnibus erat officium
Et in hoc ad multorum mortem signat Coniuge videtur dolere
Iulia quod pompeius aliam duxit. Ideo dicit Cornelie detrahit
in hoc quod maritis suis Cornelia infelix est. Nam ante
Crassi uxor fuerat ut iam dictum est Tepido aut statim
post Iulie mortem. aut statim post mortem Crassi prodi-
eius Nam ventum tempus erat eum ad luxuriendum amoris mu-
pelex lieribus datus sit pellicem vocat eam irate. Nam pelex
est per quam homo pellitur Hereat signatur te in bello
tamen amore eius vacare non poteris. quia Cesar die. ego
te infestabo in nocte Et quia posset ei responderi quod Iulia non
habet de hiis memoriam. quia anime potant lethem i. flu-
vium oblivionis. dicit sibi hoc permissum a diis ut iter dari
posset et persequi pompeium. Secundum quod ~~anime~~ oblivio sit
anime dicuntur potare secundum eos qui secuti sunt platonem

III

est quia anima in corpus veniens sue oblivisci(tur) maiestatis
et scientiarum quibus plena erat antequam corpori inseretur
obli. xi. lethee que fuit in ripa letea secundorum inferorum
quia plere fingimus caret cum corpore unde est formare
vocem o magne divo supplendum . quod numquam licebit tibi non esse
. generum quia venisti ad me cruciatum lingueris . abscondis
pignora affinitatem et amor bello sed frustra qui bellum
te dabit michi quovis dii superi a quibus somnia mittuntur
propter curam quam de hominibus habent et manes media-
tibus manibus . s. de mortuis quia per Iuliam que de manibus
est et fueremus ymagine pompeio minata est pestis eterna
cum mente . etiam suorum periculorum deveniunt ymagines
vani vel . Iux illud somnia que ne timeas nam mens humana
quod optat . s. sompniat aut nil est sensus amor . aut mors
ipsa nil quia memoria est de sensibus interioribus . dicit certe
perire in morte . Nam si sensus remaneret in anima tunc anima
esset animal . cum animal dicatur anima quod sentit . Et tunc mo-
rs nil esse corrumpet tamen secundum veritatem fidei hoc
non est verum opportet cum aliquorum remanere memoria
in anima separata ne conscientie sepe meritum pereat . Tem
pus hoc sub comparatione describitur Nam tantum dicit de
cius est orbe , quantum de est lune cum futura nocte plena erit . unde
quando incipit primo minui lege collige rudentes funes qui-
bus pendent vela ventis demissa ut remis navigatur usque
terram &c

Cesar ut cunctas In hoc capitulo In quo principaliter agi
tur de Cesare circa frumenti copiam providentem . primo
ponitur ipsum Cesarem non letatum fuisse de pompeio pulso
idem quod idem sciens amorem populi ex copia . et ex inopia odi
um pervenire misit legatos suos in siciliam et in sardini-
am ut inde frumentum portarent . 3o carum insularum fer-
tilitatem commendat 4to quod dimissis armis non triumpho . sed
cum terrore populorum redibat in urbem . 2a ibi Dum pecto-
re 3a ibi utque fugisseris 4ta ibi hec ubi sunt In prima
parte dicit quod postquam naves pompeiane ita sunt elonga-
te ita ut non viderentur non gloriatus est Cesar sed con
questus est de discessu pompei et maxime quod tutus discesserat
sserat Nec umquam erat tanti ut differret bellum adeo cu-
pidus erat belli gerendi ut nollet differre etiam si iam esset
certus de victoria . Et detrahit autor sic Cesare . Nam
de hoc sic loquitur Lucius florus Erant durum dulpa

consilia Cesar belli cupidus erat · pompeius morti committebat
hastem volebat cum meatibus prohibere · ut ardentissimi duc
tibus consueverit civitas armorum expulit ob eam causam quod
pompeium sequi non poterat inopia navium quibus tantus
portaretur exercitus convertit commotavit animos vanos · qua
non ex vero iudicio proveniunt mutabiles quod sunt intentus paci
simulate Nam romam rediens dicitur cum suas inimicias
deplorasse cognoscitur quod est non potuisse habere colloquia a pom
peio petita exposuit arbitarem imminentem in tribunorum
expulsione dicebat de pace cum pompeio tractandum esse quod
licet animus laudaret tamen nullus legationem sumere volebat
Nam hastis a pompeio iudicatus erat qui in urbe veniam
fecerat · ex his quod duobus · scilicet pacis desiderio quod ostende
bat et copia victualium procurat acquirere gratiam popularem
quarens favens erat · moneta · id est multitudines asserit librat
Sicut dicit Cassiodorus totum solet fames contemnere · ut
suam possit necessitatem explere erit metus rerum canere
cum dicit fieri · scilicet quod dum potentes alimenta conferunt
populo · populus accipit metum hoc quia timent ne ta
le bonum subtrahatur ei unde quidam videtur arbitrium
cum vivitur ex alieno · sumptu pane in ore liber erit
plebs antiquitus declinabatur hec plebes · bis pro po
pulo · sed plebs pro Ecclesia Curio Secundum Curionem
cum tribus legionibus a Cesare missum expulisse katho
nem ex sicilia Sic etiam valerius pepulit cottam de Sar
dinia Siccanias hinc insule ea sunt nomina nam trinacria
dicta est propter tria promontoria · scilicet lilibeum pachinum et
pelorum dicta est Et Siccania a Siccano rege · post ea sicilia
a Siculo Rege fratre ytali · quod urbes sicanias id est sicilie qua
mare loci descripto situm supra tetigerat appenninus mons ei
erat continuus qui modo dicitur pelorus et adhuc magna maris
cum semper aut scindat aut obruat de ea terra medias in
ter pelorum et appenninum littora terre que mari subiciuntur
repetant confinia tunc montes repetere confinia videntur · si non
vendente mari terra discooperta maneret Et sic videretur terra
continua · sed mare aufert ab illis Sardoas sardinie
utrasque laudat utramque insulam siciliam · scilicet et sardiniam a
fertilitate dicens quod de nulla terra romam de frumenta plus
portabatur certe non ex libia que tunc fertilis est cum pluvi
as habet cum cessat auster · et flat boreas illuc inducens
nubes · sicut auster ibi fortis inde aufert eas · ordina

III

sic ceram nec colle terre complent hesperiam nec romana ho-
rrea quam ille insule. Etiam libie vix superat eas ubere i
habundancia glebe i terre cum glebe ipa libie tulit annum ma-
gnum i fertilem cessantibus austris et borea cogente nubes
sub medium axem effusis imbribus. nec ibi sunt dicit in hac parte
quod his actis romam redibat parum similis cui civitates
honorem non faciebant ei obviam exeuntes sed tacitu pectore
se turbant de quo cesar gaudebat potius quam se amari
tamen multa vacuitudo nobilem perdidit honorem triumphi. ha-
benti ex multu apparenciam arctho subacta subiugata scri-
cii reram mos triumphancium erat ut qui intrabat in urbem opi-
da montes flumina et similia metallis sculpta. et titulos vi-
ctorias fieri fuerunt ante se et duci duos victos cerra-
no propter britannos nobilis gallia cisalpina que nunc di- Gallia cisalpina Lombardia
lombardia de qua tullius dicit quod flos erat romani imperii
fulvis britannis se colore inficiebant ut horridiores viderentur
in bellis perdidit ~~cum~~ triumphum. propter triumphum sibi denega-
~~t~~ tum bellum ~~bo~~ movit. quo multa acquisivit scilicet hyspaniam yta-
liam egiptum. regna farnacis. libiam victo iuba. Et dicit
lucius florus quod cesar peposcit sibi absenti decerni alterum
consulatum quem ei decem tribuni decreverunt. sed negatur ei
dicunt eum quod veniat petiturus more maiorum ille contra sibi de-
creta dari peposcit et nisi in fide non permaneant dicit se
exercitum non ~~de~~ dimissurum. cui nec consulatus nec triumphus de-
creditur. sed in eum tamquam in hostem decernitur. quia sta-
tuit armorum prima armis defende unde istum triumphum magno
~~ad~~ annisit sed distulit cum post victoriam triumphans ingressus
sit in urbem quatuor triumphos ostentans primum de gallia
secundum de egipto. 3o de farnace quartum de iuba et ma-
ineis subactam quod ostendebat hyspaniam

Iam quod precipites In hoc capitulo quatuor facit primo autor
scribit viam loca per que transiit. 2o ymus urbe que
dix romam videns. 3o quod eo ingresso in urbem maxime timebat
decernentes ei quicquid peteret quarto expoliacio erarii ibi se
cuncta sic fatur 3a Sic fatus et urbem quarta Tum exit in
dicit primo quod superaverat i transierat arces precipites i
altas unde posset precipere sum ruina magna fieri
anxuris opidi dicti ab eo quod est anxineus i iuppiter bar-
batus qui ibi colebatur et qua via uda i madida palu-
des dividebat pontinas qua iter eas erat et qua est iter
ad alba fascibus honoribus ibi cum consules officiis assume-
bant et qua sunt regna scythice diane Cum agamenon

De agamenone
et effigenia

navigare vellet nec ventos posset habere propter iratam dianam quod
agamenon cervum ei consecratum occiderat poscentibus sortibus ut
ut dea regio sanguine placaretur Effigeniam agamenonis fili-
am greci diane imolare parabant · sed ad sacrificium abla-
ta est cerva · Effigenia a dyana in Scithiam est dilata que
in sacrificiis suis preesset · cum diu ibi horestes liberan-
dus a furiis et ibi sacrificare deberet secundum consuetudinem
regionis que advenas immolabat Effigenia fratre cognito accepit ydo-
lum diane et apportans ipsum cum eo fratre in ytaliam ve-
nit in ariciam iuxta romam miliaribus decem · Ibi se fatue
dicit cum miratum visa urbe et dixisse se non videre pro
qua urbe defendenda pugnaret · ex quo roma sedes deorum de-
seritur Et quod fortuna perdit rome quod populi externi non ve-
nerant in ipsius pugnatrici · statim cum capta esset exquotaz
paucibus dux eam regebat · In quo pompeio detrahit Cesar et
dixit Sedes deum pro deorum propter nobilia Edificia unde Ca-
pidorius tota roma miraculum non tacti ex quo excusare-
tur dii melius fecerint cum gratia deorum quod civilis furor
partorum non incumbit · non institit in i contra Cras regio-
nes nec firmata vel dux populus sic dictus ab arcubus quibus erat
frequens in exercitio arcuorum pannonios populo de pannonia
Regione que dicitur sic quia appennino vicina sit qui eam
ab ytalia dividit et getas instes dacis daces sunt goto-
rum soboles et nominat hos populos quia feroces esse sole-
bant et odire romanos Sic fatus et urbem dicit cum in-
gressum in urbem trepidam · causa trepidationis erat quia cre-
debant quod urbem incenderet templa vastaret et sicut omnia po-
terat ita omnia faceret que eis mala forent · quare nulla
alacritas nullum festum fit per romanos Cogitur senatus
convenire in curia aqua consules pretor alie quoque dignita-
tes ab erant Et decreverunt senatus romanos dignos pati que-
quid Cesar preciperet · s[cilicet] ut lex sit quod ille velit · Sed Cesar
iubere erubuit quod non rubuit roma pati attonita stupe-
facta Nam creditur quod sit raptureus incendia domos edificia
rome capte ignibus atris i[d est] funereis quibus corpora ureban-
tur desinctorum ita putant quod hic urbis flammis inundat
Et quod sit sparsurus deos violator deorum et pre non simu-
lare pro simulabant omina auguria festa leta mos ro-
manorum erat in spiter per animam que felicitates sub novo
principe sint ventura nec autem augures at simulabant
bona omina · nedum illa essent bona · nec ficta vox sicut
sit per honorem · ut dicatur vivat cum mores optatur

III

Sed vix audebat odisse odio sunt vatum · sed melius est dicere vix vix ausi non licet odisse odium habentes palam turba patrum Senatorum | Senatus, patres conscripti
qui dicebantur patres conscripti quia nomina eorum in tabula
erea scribebantur simul aureis litteris ad denotandam imperii
perpetuitatem et quia eligebantur homines senes et sensu ma-
turi ideo patres dicebantur unde Senatus a senibus dicitur · vel
a sententia quia nulli magistratus sine eorum sententia
quicquam poterant agere odii e latebris latuerunt propter
timorem sed inveniti coacti sunt convenire nullo videtur cogendi
Senatus · eorum lege sancitum erat senatum non posse cogi
sed sua sponte in consilium convenire solebant complet replet
propter multitudinem denotandam sic dixit · pallacia in quibus
consilia fiebant curules sedes · et declinatur hec curulis ces-
sere recesserunt amote inde fuerunt quia consules non erant
vocis private dicit privatam quia non publicam nec autori-
tatem habens · cum vox videbatur ablata ita turbat ita
ideo sequitur quod curia adest testis, pro teste testis cuius tacet
plenum audiens quid agitur inter contrarium facientes parati
esse autoritatem suam interponere sex regum simulet diis cc | regula
templa ea que in templis ad honorem deorum sunt iuguli
pro morte ponitur · nam iugulus incisio gutturis est erit
bunt rubor est causa verecundie signum · unde Boecius con-
fessus rubore verecundiam, tamen exit in iram de spoliatione era-
rii Narrationis autor sex facit primo scribitur resistens
secundo ponitur autoris in hoc facto quedam reprehensio
tertio verba metelli · quarto reprehensio Cesaris · quinto persua-
sio cotte ad metellum ut cedat sexto primus erarii spolia-
tio ibi secunda usque adeo 3a prohibens quod rap- 4ta hic
magnam 5ta tum cotta 6 sexto tum rupes dicitur in pri-
ma quod libertas probavit quod unus posset resistere violentie
Cesaris · Nam metellus rumpi videns templum Saturni
velociter currens se in hostio quod Cesarienses rumpere cona-
bantur opposuit vita pugnans ob pium duo preparant di-
fficilia et quod vi viris resistebat et quod unus multis Saturnia
templa Saturno dicata erant propter aurea secula que
illo regnante fuerant rigentem mole ponderosis et magnis
instrumentis opus est ut metallica hostia multo firma-
ta munimine rumperentur Ibi usque adeo dicit quod amo-
re pecunie homines sunt se componunt morti et ceterum · sed
pro defendendis legibus non pugnatur usque adeo, semper

uel certe opes pacis uilissima rerum appositum. dicit opes uilem rem quia inter corpora composita ea que in animata sunt ut metalla lampades lapides tenent infimum gradum. Item pecunia petitur propter aliud et non est per se. In 3a parte ibi prohibens dicit. metellum sic locutum non apparebis tem: pla hec. nisi aperta latere meo. nec opes auferes nisi san: guine meo fuso. Sed spero te adeo propter hoc scelus puniri sicut punitus fuit Crassus nec uerecundum est propter hanc turbam quia ipsa gaudet scelerata spectare. nec est qui rem publi: cam defendat. sed hoc non deberes facere quia te non cogit necessitas. cum geras bellum quo multa acquiruntur tri: bunus testatur dicat clara voce ut audiri et intelligi possit inuocat deos ultores non dire deorum ire que eumenides di cuntur apud inferos secute crassum bella mouere unde de: derunt seua prelia tribunitie dignitati et uult dicere quod dederant seua prelia Crasso in ultionem tribunitie potestatis contra quam Crassus egerat e uero ceracio scelerator quia uult rapere pecuniam per publicam egestas pacis exhauste i. uacu: e in pace nam quod non exercentur rapine ut in bello non co: git te ad spolium. i. ad rapinam. Et legunt quidam dire tribu: nicie i. dee tribunorum quod tribunis fuerunt ita Hiis ma: gnam. Dicit quod Cesar ita commotus metello respondit. quod ei non contingeret gloriose mori ut imaginatur quia se eius morti non polluet. nec est dignus tanto honore ut Cesar uastatur in eum. et addit non ita fore mixta magna cum paruis temporis uetustate quod si leges uellet a metello serua: ri non magis uellent a Cesare auferri. cumque propter hec tribunus non concederet. respicit Cesar militum enses qui si: gnificant eum occidendum esse mortes honesti eo quod pro pa tria. haud i. non honor nullus tue dignitatis quia tribu nus hoc ideo dicit quia non solent paruus magna irati ut uidemus in canibus tuta libertas deterius loquuntur. lon: gus dies. tempus longum solet animo uariare tolli auferr: ri et bene dicit quia potestates soluti legibus esse uolunt. unde ualius refferentem anaxarcum leges ~~ana~~ araneaurum telas comparabat. Nam illas dicebat in fortiora animalia rethia ualentiora transmittere. Ita humiles et pauperes con stringi diuites et prepotentes non alligari. construe sic ut si leges seruentur uoce metelli non mallent tolli 2o In quarta parte dicit ibi Tum cotta dicit quod cotta frater me: tello ut discederet a libertate cuius umbra senatus cum quis paruus obedit. cum etiam Cesari uel negauerint. nec

III

nec illud ad negandum est ut pecuniam accipiat que belli securita-
tis est deinde paupertas subditorum et magis gravis
domino quam ipsis subditis libertas populi quem coercent regna
populus liber qui tamen servus et est verum quia liber est
ficte · et servus veritate Iubeare pro iubearis Prima excusa-
bilis culpa metus et pudoris metus et pudor excusant avertat
apparet summa qui tamen monitus movet ; iurabant Iura
sua tueantur si liberi sunt egestas gentis · que fecerunt qui
servi sunt Non est gravis sibi sed domino servus non est suus
nec sua sunt sua · sed domini ideo gravatur egestate sub-
iecti In sexta parte ibi tunc rupes dicit particulariter que
pecunia ibi fuit ablata et erat rupes tarpeia in qua an-
tiquitus erat templum vetustas apertas testatur testimonium
dat affirmat stridore · sive quo aperiebantur porte de me-
tallo in aerium ... · multa ... et ... firmatur
punica bella · cum cartaginensibus gesta · qui peria et affri
vocantur unde apparet punicus et fuerunt tria · sed
in ultimo victa et deleta fuit carthago a romanis · Nam
in primis duabus quasi par clades fuerat perses phili-
po filius Macedonie rex quem pater paulus emilius consul
filius eius pauli qui ad cannas ceciderat nunc aput samo-
tracem et concepit eum qui non oblitus sortis humane fle-
uit unde boetius an te preterit paulum qui si regis
a se capti calamitatibus pias impendisse lacrimas cum
per eam triumpho duxit · In qua alacritate ipse duos filios
consul amisit unde ante triumphum alterum paulum post
alterum quem egressus ad populum gratias fortune egit · quod si quid
romano populo adversi immineret per sua foret calamita-
te dicit Nam pompeius ad bellum orientis cum xxii regi-
bus gessisse dicitur pauperior roma fuit · pecunia magis paup-
erior quam prius cesare · Vicina magni in hac descriptione po-
pulorum pompei autor tenet hunc ordinem primo scribit gre-
cie populos quia bello propinquiores erant deinde populos ali-
arum regionum · quos aliquando describit a montibus · aliquando
a fluminibus aliquando a moribus aliquando a situ regionis
secundo demonstrat multitudinem horum populorum ex
comparatione ad alios qui olim congregati sunt · 3° breviter
expedit de quibusdam populis liber . 2a pars ibi Non cum
memnoniis 3a Non tam niger amnon prima pars subdividitur
secundum quod de diversis populis enarratur ut patet · Proxima
magni · id est pompei casuras periturias una cum eo · proxima
quia in ipsa grecia bellum gerebatur ideo dicit vicino bello

Amphisa regio misit manus phocaicas phocis civitas est
unde nomen regionis et civitatis trahitur. Scopulosa cirra et
parnasus desertus utroque iugo misit manus parnasus siquidem
habet duo iuga scilicet cirram et nisam unde sic cirra misit
et parnasus est desertus utroque iugo scilicet cirra et nisa misit et
dicitur scopulosa id est montuosa id est aspera Boetii duces Boetia regi
o ob hanc causam sic dicta dum cadmus agenoris filius
Europam sororem suam conpertis precepto genitoris quereret quam
Jupiter rapuerat ut eam invenire posset patris iram timens el
egit exilium et bovis secutus vestigia secundum sortem si
bi datam ut ibi sedem eligeret ubi illa recumberet de nomine
bovis eam vocavit ibi quoque thebas construxit ubi nati sunt
appollo et hercules maior Thebanus Cuius Regionis parte
cephisus fluminis cecidit ubi tempore deucalionis tempore res
ponsa dabat unde dicit aqua fatidica Similiter in ea regi
one predictum est cadmo de morte sua. ut dicitur ovidiano v.
sic serpentem spectamus et tu spectabere serpens Dirce
civitas quam cadmus fecit pisee manus pisa olim civitas
oenomai regis alpheus mittens aquas populis siccanis id est
siculis per equora alpheus fluminis ab elide civitate fluens
absorbetur a terra et labitur sub mare et a grecia in Si
ciliam in [illegible] transit. Item quoque cum arethusa fonte miscetur
eadem unde virgilius in bucolicis doris amara suam non
intermisceat undam. quod autem subter mare transeat in Sicili
am currens ut scilicet alpheus et hoc deprehensum est quia tempore
quo consuetis fiebant ludi aput montem olimpum qui dice
batur olimpiades multa stercora animalium cadebant in eum
fluvium propter multitudinem gentis illuc concurrentis eodem
tempore de fluvio qui in Siciliam exit eadem stercora exire
videbantur unde deprehensum est hunc et illum eundem esse. et
in hac tangit populos de macedonia venientes in qua olimpus
mons est cuius summum cacumen nubes excedit altitudine
sua. hec eadem regio vocata est prius Emathia a rege
Emathio cum archas liquit menala archadia provincia
cuius menalus mons est et in plurali declinatur me
nala neutri generis herculeam oetam oeta mons grecie
ubi sepultus est hercules in quo trachin est a quo loco milites
ad pompeium venerunt Thesprothi et driopes non notificantur
nisi a nomine proprio ipsorum populorum veniunt festinas Selle
nomen civitatis veteres nobiles linquerunt quercus silentes
olim iupiter dabat illic responsa. unde quercus montis chao
nii facti cum quibusdam sacrificiis ibi audiebatur vox

Cadmus

alpheus

Chaonie quercus

de quesitis

III

de quesitis respondens Sed dicit quidam quod Sabantine (?) rupsa per
calumnias arcas (?) nos talia responsa tum tempore autoris cessa:
bant Ideo dicit Helenus Et est hic locus in Epiro Nam Ca:
onia dicta a Caone filio priami quem Elenus frater eius
insciens interfecit Qui postea in hac regione regnans eam ca:
oniam ad fratris extincti solacium nominavit. que molossa dicta
fuerat a Molosso filio pirri *Exhausit totas athenas* quia omnes
athenienses in auxilium huius *quinus delectus* supple fieret per
greciam Et vocatur delectus vocatio ad miliciam delectorum. Nam
deligere est de multis eligere eligibiliter nam quia ad miliciam
viri robusti de quibusdam actibus ut surgentes doceant unde
acium armorum viri pauci *Exigue puppes tenent navalia*
i. portus *phebea* phebo consecrata ideo remanent ibi pauce
quia in auxilium pompei ducte erant *athene* in Archadia
sunt que vera est grecia. Hec fuit civitas inter liberalium
artium [illegible] mater. quia inter grecia [illegible] habuit. ut
dicit ysidorus libro ethimologiarum. Et ob hanc causam scilicet
sapientie studium dicitur ea civitas phebo consecrata *Tres car:*
ine petunt credi veram salamina i. ut credatur se esse veram
Salaminam Et est actus grecus a nomine huius Salamin Secundo
quod Teucer post bellum troianum inveniens (?) patre propter aiacis
fratris sui mortem cum non reciperetur in Regnum Cyprum per:
rexit ibi quidem quam condidit urbem Salaminam a nomine anti
que patrie nominavit. deinde in galiciam profectus est. vult
ergo dicere quod isti fuerunt de vera Salamina. non de illa que
ad illius similitudinem facta est. licet alii hic dicant
quod hic intelligit de Salamina quam Teucer condidit et
sic vult narrare gentem a cipro venisse sicut in media
te dicat venisse de creta ut has duas insulas simul po
nat *Creta vetus* nobilis et famosa *centenis populis* quia
centum urbes habuisse narratur unde virgilius Centum
digesta per urbes. *Dilecta Iovi* Nam et ibi nutritus et [illegible]
Rex fuit *gnosis* civitas crete *Docta agitare pharetras* i.
sagittas continens pro contento. Et venit Cortina insula gre:
cie *non pelior sa cris* (?) non inferior parthis in arte sagi:
ttandi *Dardan* civitas a dardano condita *altarnas* (?)
populus grecie vagus et per silvas inhabitans *Henoche* (?)
hic populi *testantes funera cadmi* versi in serpentem quia
chelie grece latine serpens. Unde Enchelie dicuntur illi
apud quos cadmus in serpentem secundum fabulas d[illegible] De cadmo [illegible]

esse amnem suis. Sed veritatem videtur tangere lucanus cum dicit
funera ut norit cum serpentum periisse. ut bene dicit in septem
tem amnem suis ille quo serpens interitus est. Colchis fluvius
et Aretes alius fluvius natus de buti sanguine qui fluit
in adriatum mare. ideo dicit spumans in adriatum. preterea dicit
venisse qui colunt rura penei amnis et illi quorum labore
vomere tessalus proscindit hemoniam iolchon. Secundum iolcon
est civitas apud quam prima navis fabricata est que
dicitur argo ut supra dictum est et ideo dicit inserit igno
tas gentes quia ante usum navigationis erant ~~ad~~ ad:
invicem gentes ignote que longinquis spaciis et interposito
mari distabant. unde Boecius nec nova littora videatur
hospes. temerato littore lata violentia et temeritate in terras
in quas proficiebant. predari enim fuit prima navigationis causa.
composuit simul posuit una noxe unde genus mortis. accres
sit fatis aliis mortibus pillarentem. Et vult dicere quod
homines invenerunt novum genus moriendi. Nam qui it
per mare quasi navigantis non amplius quam tribus digitis
distat a morte quantum tabule navis sunt grosse. hemo
tracis mons pholoe silua inexcitata populum biformem
ubi fabula ficta est de centauris qui dicuntur biformes quia
ex dimidia parte homines et alia dimidia equi. cuius rei ve
ritatem dicunt quidam fuisse quod yxion habuit quidam veloci:
ssimos equites qui habentes unam cum ipsis equis vestem unum
animal videbantur et eo magis res erat admirabilis quia
tunc primum equos preparaverant ad usum belli. dicunt alii
quod ab hominibus eius regionis illis equitantibus solum ho
mines videbantur aliquorum equorum flexis capitibus ex toto non
dici quod unum animal esset. aliter dici potest quod horum facta primo
humana fuerunt deinde brutalia vel converso. ideo fin:
gunt unum animal ex quo ex equo et homine factum esse. alii
dicunt fictam hanc fabulam ad denotandam humane vite
velocem brevitatem. describitur strimon fluvius bistonie pro:
vincie apud quem grues multe stant commixtim. Sed adveni:
ente hyeme ad nilum confugiunt unde in quarto dicit Strimo
nia sic gelidum bruma pellente relinquunt. potura te nile
grues. vocat ergo grues bistonias a regione quam fre:
quentant. Et describitur Cone civitas barbara cuius habita:
tores quia barbari sunt lingue. aquas sarmaticas que a sar
matis veniunt. que dicunt esse unum ex alveis danubii qui
absorbetur a terra ideo dicit perdit. constat autem huius histe

iiii

fluvium qui per magna terrarum spacia decurrit. mutat
quod nomen terrarum diversitate quas invenit. Et describitur ea
pars ubi humus caput hystri alluit madefaciat. Ipsa as-
peram profundo aqua profunda. Et dicit multifidi civi-
tas mis troiam Et regio mis maccedamiam de qua modo in-
telligit ydalis terra est ubi colebatur venus que et ydalia
dicitur quam. quam carius flumen perfundit Et describitur aristo-
xilis glebis quia non fertilis Celene civitas cuius actole
dixerunt phebum victum a quodam archanita. licet ronie fe-
bus victor fuisset. propter quod privati sunt munere palladis i.
olivis olive Nam quod in illis regionibus non nascuntur Et sunt
palladi consecrate ob hanc causam quia hec arbor adhibetur
in alacritatibus victorie. tarde crescit sicut sapientia non
diuturnitatis tempore acquiritur. que sapientia sub nomine
palladis designatur. Item hec arbor adhibetur in alacritati-
bus et pacis que palladi conveniunt adscribitur. Item
oleum supernatat aliis liquoribus. Sicut Sciencia cunctis
romanis rebus. Item servat ferrum a vicio rubiginis sic
sapientia servat animam a viciis. Et describitur ea pars qua
marsia fluvius natus de sanguine marsie qui victus ab
apolline in cantu vivus excoriatus descendens crescens ripis
int meandri ripas addit Meandron actus grecus Meander
vero declinans est latina Errantem flexosum mixtus marsia cum
meandro refertur retroferetur flexuositate cum prius ante-
quam misceretur rectus flueret. Et describitur tellus pressa
pax currere pactalon ab auraferis metallis Et ea pars de-
scribitur qua hermus non uberior pactalo. Secat culta i. pactal
et hermum fluvii sunt qui per asiam fluunt Sed pactalon
actus grecus est cuius fluvium dicunt habere arenas aureas quod
fuit ex minera i. vena auri Sed secundum fabulas ideo
habet arenas aureas quia Rex Mida vir in fluvii gratia
careret quam a bacho impetraverit s. ut quicquid tangeret
verteretur in aurum. Et in eodem flumine lavit membra eius-
dem dei. qui arenas eius fluviis ex tactu mide auratas
fecit. Iliacae manus gentes troiane patrie castra pertura
sub avibus i. sub auguriis habebant enim in fatis deorum
quod ex troianis aliquis nasceretur qui tertas subiugaret.
unde virgilius in sexto Eneidos. Eruet ille argos yga-
menonias quod micenas. Et in alio loco dixit de cesare. Et
victus domabitur argis fabula historia troiana Nec
cesar ferens se esse frigii iulii continuit eos ne in propri

Oliva et pallad

pactolus

venerent auxilium contra Cesarem quem dictis auguriis putabant eum
esse victorem Accedunt Siri que provincia est Asie pars
cum populis aliqui non hunc particulariter exeantur Orientis — Ninos quasi ninive
montes est in Siria Ninos civitas que ut dicunt postea Ninive
vocata est quam Ninum dicit qui Ninus Assiriorum rex eam
regni sui cepit caput esse constituit. Hic Ninus fuit qui
primus cupidine ditandi foras extulit arma et quinquaginta
annis vitam exemptam agendo per Asiam multa rerum spacia
bello edomuit. Unde est fama. Et intelligitur est. Damascus sic
Damascus — dicta Civitas est secundum Ysidorum a conditore Dama-
sco filio Abrae. Hic in Siria potius fuit Ventosa dicitur quia
ventis quasi semper expirantibus exposita est. Unde et regio
in qua est Ysauria. vocata est quia auris et ventis pateat. Ga-
za civitas sic dicta quia rex Cambises thesauros suos ibi
reposuit cum bellum Egipciis inferebat dicitur enim gaza pecunia
Palme — Palme civitas Fenice copiosa palmis / unde Idume dicuntur hec
urbes palme ab Idumeorum regione in qua habundabant di-
ves copiosa Et Tyros stabilis civitas que quondam plebs pro
magna sui parte alio translata est Inde cum Fenix Cilix
et Cadmus Et postea discessit alibi sedem habitacionis sue
ponentes Unde Carthaginem quam Dido edificavit constat
Tirum dictam fuisse ab ea Tiro de qua fuit et est urbs
Sidon — Feniceum Sidon Civitas litoris maris murex codex habun-
dant ex cuius sanguine purpura tingitur Secundum quosdam
tenus qui Sidon civitas et nomen provincie est. Hos ad Be-
lla dicit quod gentes que venerunt de Siria in Greciam ha-
bebant recta via navigare versus minorem ursam. plus
quam aliis populis Cinosura Arthadie Civitas est de qua
fuit Archas filius Calistonis qui primo secundum fabulas
in celum translatus est et minor ursa est vocatus et Cinosu-
ra dicit ergo quod Cinosura [illegible] ; non sic dicere credo versus
eam dicunt ac eam Siriam vocatam esse ab Assur qui ne-
pos fuit Abrae que habet in se plures provincias Nam
preter Sarracenos et Nabatheos ibi esse Palestina cuius pars
est Iudea et etiam Fenicea Fenices / Sciendum quod Agenore
rapta filia sua Europa a Iove precepit filiis suis scilicet Feni-
cio et Cadmo ut si eam non invenirent nunquam redirent in patriam
de qua dicit Ovidius hanc fabulam narrans. facto quoque pius
et sceleratus eodem. ergo ea non inventa Cadmus venit re-
gionem in qua Thebas construxit eam quoque vocavit Boetiam
que et Cadmea dicitur. Cilix terram quam tenuit. Phenix Feni-
~~fen~~ ciam dixit eam quam tenuit. In qua populi ex solis

IIII

-dicuntar rubedinem contrahunt. Unde dr̄ puniceus .i. rubeus
quasi fenicius sicut et fenix rubeus dr̄. Et fenices fuerunt
litterarum inventores. Dominio .i. colore rubeo scribunt. Ut eius colo
ris primas litteras faciamus que fuerunt primi litterarum inven-
tores dicit ergo Phenices primi sunt ausi signare vocem. litt
sunt signa vocum. sicut voces sunt signa conceptuum. rudi-
bus figuris nondum litteris. Rufes Nimfis civitas Egipti. In
qua primum usus cartarum est inventus. non dum noverat
contexere biblos. ibi ex biblis .i. ex iunccis primo carte con-
texte fuerunt non adhuc invento usu carum que modo sunt
flumineas quia nascuntur in flumine. Et hinc dr̄ bibli-
otheca .i. armarium librorum Et si queritur quo modo an
usum litterarum et cartarum servabatur memoria rerum Et ipse
dicit quod volucres fere et animalia sculpta in saxis servabat
linguas magicas .i. orientales talibus cum figuris rerum me
moria servabatur. Magi dicuntur stellarum interpretatores. Et
magi malefici incantatores Et quia hec pars magica aput
orientales maxime viguit. et amplius aput Caldeos. Ideo
omnes orientales magi vocantur. Exponunt tamen quidam quod
illi fenices fecerunt primo tales figuras in saxis. Et
describitur nemus tauri mons taurus pro linguarum varie
tate multifariam nominatus est. Idem cum dr̄ Caucasus
Nifates Hecconus et plura sunt eius nomina Tarsus persica
quam perseus condidit. Hic perseus navali bello potens
et victor asiam greciam quoque domuit. Ideo volasse dicitur fa-
bulose. Ab eo etiam dicti sunt perse. Caritum civitas pir
ratarum ubi famosum est anterum Mallos etc. Civitas ma-
ritime exreme vilis in comparatione ad id quod esse solebat
constat autem auctore valerio Eginenses fuisse classe potentes
unde athenienses Eginensium pollices absciderunt. ne ille popu-
lus ex navali certamine cum ipsis contendere posset. reponant
navalibus portibus. Itl quod ciliex populus qui piratica
olim exstitit sed modo vadit in etc. taciturnam quia pompeium
sequitur. Et pirata ab alexandro capto qui dixit ei latro
sum quia parvus. aut tu imperator quia magnus. Ait illi
alexander. At ego tibi fortunam mutabo. Ut et mo
res mutem perfecit quod illum quibusdam classibus. quare de
inde dictus est dux non pirata movit et cepit orienta
les versus remotas partes. ea videlicet parte qua colitur
ganges. flumen orientis qui vocatur in sacra scriptura
physon. et quem dicit de paradiso exire. Solinus dicit ita:

de magis

physon

bibunt mundi dicit quod qui eius incolunt fontem poma habent
quorum solo vivunt odore hic recepit in se decem magna
flumina miro quia modo super orientis terram erumpit secundum sententiam
ysidorum de cosmografia pergit autem per Indie regio-
nes lucanus quo populos qui ab eo flumine dicuntur ganga-
hostia ride significat hostia dicuntur loca per que flumina in
mare intrant sed flumina solent repelli a maris fluctua-
tionibus contra ipsorum impetum . sed ecce hic fluvius fluctus
mare impellit et ideo dicit . qui solus in orbe audet sol-
vere i. apperire hostia contraria phebo et impellit fluctus i.
pellit contra adversum eurum qui orientalis est ventus et
ponitur pro oriente hic ubi pelleus alexander dicitur
pelleus a civitate constitit i. stetit non ulterius proceden-
do post equora tetidos . vocat equora tetidis mare medi-
terraneum quod navigatur . preterea enim est occeanus . per quem
non navigatur . et est fessus i. confessus . se vinci a magno
orbe quia non poterat totum perscrutari . dicitur tamen
in decimo huius quod ipse alexander classes in rubro parabat ext-
eriore mari quaque ferens fama bello movit populos qui sunt
in ea parte quaque est Indus fluvius a quo india dicitur fe-
rens rapidum fontem aquas suas diviso gurgite diviso ve-
ro . non sentit hidaspem mixtum propter magnitudinem
suam non recipiens sensibile augmentum ex adventu fluvii
qui vocatur hidaspes . et summa descriptionis huius loci est
quod ydus est ibi rapidus et dividitur in duas partes . in unam
fluit hidaspes quique bibunt . de his dicit apud quos
nascitur canna zucari ex qua dulcis succus exprimitur qui
fervendo densatur et in zucarum quod fertur ad nos . Et
qui tingentes in india tingit populos esse . quorum consue-
tudo est capillos tingere . et habere vestes laxas ex carba-
so factas quas cingunt gemmatis balteis . quique suas
hos narrat quorum consuetudo . quod postquam ad senectutem
pervenerint statim se super incensos rogos . sibi quia mortem
provocant . ut quod superest vite deis suis donent quique
suas piras struxere . pira est strues lignorum in qua
mortui cremabantur in qua accensa dicitur rogus . pro quanta
est gloria genti in. m. fa. gloriose moriuntur qui hoc
faciunt repletos vita senes quibus vite sacietas esse debet
quia multum de illa habuerunt . quod superest vite et
usque modo dicit de his qui indiam colunt . que est regio

pedia

III

illa de qua dicit Solinus Et ysidorus quod in anno uno
bis habet estatem · hec sola habet piper / unde et ebur
portatur · post ea autor dicit de alijs populis asie · s(cilicet) quod
venere capadoces qui sunt de urbe capadocia que propter
nobilitatem provincie nomen dedit · venit quoque populus cultor
amani non duri · Amanus est mons in capadocia · unde
amani populi dicuntur illum habitantes · Et venit armenius
populus de armenia tigris habitantes in fontem
fluminis rapacitate sua magna saxa trahentem · Et coatrj
populi · quibus habent silvas arborum immense
altitudinis · Unde virgilius secundo Georgicorum · aut
quos occeano propior gerit india lucos extremi sinus orbis
ubi aera vincere summum arboris haut ulle iactu potuere sagitte
per sagitte · Deinde de arabie populis narrat dicens
arabes mirati umbras non ire sinistras venistis in orbem
ignotum nobis ad cuius intellectum / Sciendum est
quod in mane iacimus umbram versus occidentem · sero versus
orientem · In meridie nos qui sumus extra zodiacum
iacimus umbram ad septentrionem · Illi qui solem
recte super caput habent · meridie in nullam partem umbram
iacint · modo intendit autor quod arabia sita sit sub
zodiaco · Ita quod est ultra cancri tropicum · qui in anno
duas habet umbras meridie sole enim existente in cancro
iacint umbram ad sinistram · s(cilicet) ad meridiem · modo existente
in alijs signis que sunt ultra cancrum iacint umbram
versus nos · s(cilicet) versus dextram · Et hoc totum convenit
quia non habent solem ex una parte · nunc ex alia · s(cilicet) apposita
Sed dubitatur hic cum habeamus umbras ad septentrionem
Et septentrio sit ad pedes mundi · Et in sinistra
Secundum plinium videtur quod habeamus umbras sinistras
dicendum est ~~dicendum~~ quod intelligit autor versis faciebus ad
occidentem nos habere umbras dextras · Deinde narrat de
hijs qui adeo vergunt in meridiem quod vident aliquas stellas
que sunt iuxta polum nunquam occidere · que nobis semper
apparent · et sunt orestis et carmani · unde dicit tunc
carmanus meruit dux et tunc quorum ethere orion
qui est eculus venator visus flexus in austrum · in meridie
ponendo ventum pro loco unde venit aspicit mergi
in occidere arcton non totam non enim stella ibi existit
· Et addit quod Boetes velox ibi lucet exigua nocte pro
parva parte noctis · Boetes dicitur bubulcus artofilax que

De eod' actor p'e malis

plaustrum sequitur. ergo cum boetes sit prope polum nobis cito
oritur et tarde occidit. istis autem cito occidit. nec mirum est
hoc cum illi videant occidere de stellis que sunt iuxta polum que nobis
non occidunt. Lucanus narrat de Ethiopibus indicans sub qua
parte celi eorum sit habitatio. Magister Johannes de Sacro
busto in tractatu suo de Spera de his versibus duas ponit expo
sitiones. una est quod Ethiopia sit extra zodiacum licet taurus
maiore sui parte sit in zodiaco. tamen extendit pedem suum extra
sub quo pede Ethiopia vel magna eius pars. sed quia ratio
naturalis huic videtur contradicere eo quod Ethiopes sunt denigrati
propter caloris adustionem. Ideo aliter exponit s. quod sunt in equi
noctiali in directo arietis et libre et pes tauri extenditur versus
equinoctialem. Et secundum hunc modum oportet distinguere
secundum regiones et signa cardinalia. Nam signa car
dinalia aries et libra in quibus contingunt duo equinoctia
et illa in quibus contingunt solstitia ut cancri et capricor
ni. regiones vocantur signa inter media ut taurus gemini etc.
Unde vult Lucanus dicere quod Ethiopia non *premitur aliqua regio*
nisi inflexus pes tauri versus eos *poplite* i. genu procedens
versus Ethiopiam veniret. dicit Albumasar quod Ethiopes mo
rantur in locis que sunt inter arietem usque ad caput cancri quod
si verum oportet quod intelligatur dictum Lucani de aliqua parte
Ethiopie. postea dicit de his qui sunt ubi tigris et eufrates
fluvii nascuntur quos ab uno dicit fonte manare. qui si iun
gantur dubitatur an debeant vocari tigris an eufrates
postea ipsis separatis Eufrates funditur in pluribus locis. Et
suffusus terram irrigat ut nilus. tigris vero absorbetur
a terra sed rursus renatus novo fonte fluit in mare. *tollit*
extra fert *caput* principium *Eufrates* quod dicitur ab eufrata quod
ebraice fertile dicitur. hic est ille fluvius qui per mediam
babiloniam fluit. quod autem sit *magnus* eo quod apparet quod
Cirus babiloniam oppugnaturus amnem transiluit appara
tum in flumen in quo unus suus acceptus periclitabatur. Et
dicit Seneca bellum indictum hosti cum flumine gessit. donec
illum in trecentos et sexaginta rivulos divideret quos tigris
et eufratem. *persis* regis qui a cipro usque in parciam
extenditur *edit parit emittit* non obstat quod Boetius dicit
in rupibus achamenie nasci. Nam achamenia cinere:
gionis pars dicitur. *quod sit nomen* an *tigris. an eufra
tes fertilis* unde nomen accepit ut dictum est *fungitur*
iure i. utitur iure suo. *unde facie* aque illi que per.

H

egiptum funditur. tellus absorbet tigri. dictus est de tigride pro-
pter eam similitudinem quam habet cum tigride animali in ve-
locitate. fonte novo quod salustius dicit in armenia fieri.
nec respectas. cum iam auctor loca confinia tetigisset locus
parthorum. videtur cum tamen ment dicere quod in hoc parthi
steterunt. dicit ergo quod neutri parti faverunt. videlicet nec cesari
nec pompeio. sed erant de illorum discordia et divisione contenti
pugnaces bellicosi et nota quod olim parthi fuerunt exules
schitarum. Nam parthus eorum lingwa dicitur exul qui bellica
dantes se per regionem que nunc parthia dicitur diffuderunt.
contentum stetisse duos propter mortem crassi prius cum cantu
tres. quibus factis duobus romane discordie parthi fue-
runt causa. ut iam in primo dictum est. Post hoc narrat
de quibusdam populis scithie que regio habet ab oriente in
indiam. ab septentrione per paludes meotidas inter danubium
et oceanum usque ad germanie fines porrigitur. eadem bar-
baria dicitur. propter barbaras gentes. unde pocula capitibus ini-
micorum ut dicit solinus faciebant. amant pocula cruorem
intemptatum bibunt propter quod dicit seius molochis. truxere
saxa hircanna silva battos fluvius a quo battani
populi dicuntur vastis amplexus hinc ex sithia enochy la-
cedemonii qui a lacedemoniis grecis ortum habuisse cre-
duntur gens aspera apponitur moto freno equestri pu-
gna. hinc venit et sarmata gens affinis vicinus mol-
chis seius vel affinis quia eorum filias in coniuges acce-
perunt. Et venerunt qui sunt ea parte qua phasis
fluvius secat regna calcorum ditissima olim propter au-
reum vellus et fingitur eos habuisse quia divites erant
Et illi qui sunt ea parte qua est halis fluvius fatalis
creso qui ei consulenti appollinem dictum est. Cresus perdet
alim transgressus plurima regna et deceptus fuit in sig-
nificatione huius verbi perdet quod intelligi poterat id est
amittet vel perdet id est destruet plurima regna. hic Cresus
fuerat babilonie auxilium contra cirum attic victus et
captus et igni cremandus deditus est sed repentina et vi-
olenti imbrium et aeris instabili tempestate evasit a
morte. et iterum in bellum rediens victus est. et cruce affixus
fixus periit iuxta philie sompnium que viderat iovem ipsum
balneantem et phebum ipsum siccantem. ubi enim eius corpus
dimissum donec extabuit pluvia et aere id est iove rigatum.

parthi

battos

de creso et
quomodo deceptus
est ...

est deum phebo .i. sole sacratum / Et illi venerunt qui sunt ea
parte qua tanais lapsus a ripheo vertice imposuit nomina
mundo diversis ripis. Hic fluvius tanais nascitur in monte ri
pheo et est medius inter europam et asiam. Ideo dicit quod impo
nit nomina diversa mundi ripis quia ex una parte vocatur asi-
a et ex alia europa. Idem tunc facit maiorem. europam vero
minorem. Et similiter facit de asia secundum sui cursus
mutacionem. Et qui sunt ea parte qua torrens fretum et
pontum egerit .i. extra mittit undas meotidos. gentis grecus est
autem sensus quod est mare gaditanum. quod dicitur fretum a fer-
vore sicut etiam est in occidentem et in siciliam est etiam fretum
quod dicitur caribdis et silla vel propter mare supra dicti fervoris
aqua meotidis paludis que in mare recipitur emittitur. Ha-
betur autem a paulo orosio quod inmensa inundacio meotidis pa
ludis inter urbem ~~de~~ theodosiam in euximum pontum late in
greditur. licet postea eas in angustum redactas aliud mare
recipiat. Ergo licet illud mare recipiat inmensam copiam aque
inmerso tamen fervore eam egerit. exponunt tamen quidam aliter
.s. quod ex fervore maris nascatur palus meothis Et aufertur
gloria metis herculis hoc ideo dicit quia sicut hercules po
suit terminos imperii sui in occidentem in freto vicino hispanie
ita allexander magnus hic posuit in oriente. quare non solus
est hercules qui per longa terrarum spacia imperium suum
extenderet immo videtur quod allexander eius gloriam superaret
et gentes negat occeanum amittere .i. recipere solas gades her-
culis quia habet et gades allexandri. dicuntur autem ga-
des columne quas posuit hercules a civitate que gades
dicebatur unde postea que columne posite sunt pro fine imperii
vel alio termino. positi. ob eandem causam gades dicti sunt/
Hic sidonie dicit venisse populos e sidonia. Est autem sidon
civitatis nomen. unde supra prothesa quod muris sidon et si-
donia regio est de hac modo dicit. vel quia habitabant
aliqui qui de sidonia illuc iverant Arimaspe .:. Hic .:. pōh
populus gerit capillos ~~aureis~~ aureis ornamentis ligatos
Arius alius populus et dicitur de hispania sicut arisma-
pus ponti/ Et massagetes salvens longa ieiunia belli
sarmatici equo quo fugit dicitur massagetes a massa quod
gravis et getes quod est populus unde massagetes fortes
gete dicunt autem masititis venisse gentem que occupant
terram que est inter danubium ipsis mixtis cum populis

massageti

III

qui dicuntur gete sive gothi · unde pyca dicti sunt · Et est
eius declinacio hic et hec massageta vel massagetes · hic popu:
lus bellum cum sarmaticis gerens et per longas solitudines
fugiens defficientibus pabulis qua non posset hostis insequi
equorum sanguinem bibebant ligatis que venis unde sang:
uinem auferant item corium usum habebant Geloni populi geloni
qui dicuntur a gelu propter frigidam regionem quam inco:
lunt que propinqua est inhabitabili propter frigus · volu:
cres veloces · Non cum mennonijs hec est illa pars in qua
ex comparacione ostenditur huius gentis · Antiquorum histo:
rijs legitur tres principes exercitus magni numeri con tres principes exercitus magni congregasse
gregasse · scilicet Cirum · Xersem · et agamenonem · Cirus quondam
rex persarum multa gessit bella · quibus totam asiam
orientem que vexavit · Babiloniam que evertit · quam vel fieri Cirus
vel destrui humana potencia vix credibile erat · Idem in
lidiam bellum transtulit et Crassum qui babilonijs auxili:
um tulerat regno privavit · cuius finis hoc fuit · quia cum
scithis bellum inferret · apud quos tunc tamaris regina pre:
erat · Illa permisit eum transire araxem · ut hostem [illegible]
inclusum · Cirus castra epulis plena et aliarum rerum
simulato timore · Regina partem copiarum suarum cum fi:
lio adolescente mittit ad persequendum Cirum · Scite in ca
stris Ciri veniunt ad epulas invitati primum ebriati vin:
cuntur · mox autem Ciro ex insidijs veniente trucidantur · re
gina amisso filio et accepta clade simulat timorem et
paulatim retrocedendo hostem in insidijs allicit compositis
ergo insidijs inter montes Regem invadit et ducenta milia
persarum cum ipso rege delevit · de quibus ne superfuit
nuncius tante cladis Regina amputatum caput regis
in crudum sanguinem mitti fecit et ~~exp~~ exprobrans · Satia
te sanguine · quem per triginta annos ~~a~~ siciens insacia:
bilis permansisti · De Xerse dictum est aliquid in secundo
qui e regno de suo habuit septuaginta milia et triginta
milia de auxilijs · De quo Seneca sic dicit · Cum per ma
gna temporum spacia porrigeret exercitum persarum rex inso:
lentissimus · nec numerum eius comprehenderet lacrimas
profudit quod nemo inter centum annos ex tanta iuven:
tute superfuturus esset · at illis admoturus erat fatum
ipse qui flebat huic regi · leonidas rex spartanorum
in angustijs termopilarum obstitit cum quatuor milibus
hominum · ubi triduo cedes potius quam pugna vivus

f popula .i. persarum fuit . quarta die videns leonidas hostes
circumfundi ortatur socios ut discedant spartanis suis . dicit se
plus patrie debere quam vite non de gloria esse non de vita
sperandum . ipse dimissis socijs cum sex centis solum nocte
invadit castra . orto tumultu perse seipsos occidunt . sparta:
ni regem querentes nec invenientes omnes adiu protracto pre:
lio a principio noctis usque ad maiorem diei partem fugiendo
fatigati defecerunt . victus terra perses navale bellum com:
mitti iubet ibi quoque victus in persas refugit commissis copijs que
remanserant mardonio . qui iterum victus est . quare xerses con
temptibilis fuit factus in regia cum inventus per artaba:
num prefectum suum occiditur . De agamenone historia no
ta est . quod helena uxore menalai a paride rapta . contra
raptorem tota grecia insurgit . agamenon in id bellum in
imperatorem eligitur quod bellum per decennium gestum
et ultimo troia cum suis nobilibus edificijs corruit . sed
victor rediens ab egisto occisus fraude uxoris sue s.
Clitemestre . Menonijs orientalibus a menone duce dictis
perses gentile nomen est .i. de persia de qua xerses fuit . et
quidam libri habent xersus . ~~De~~ Et quidam credunt quod intelli:
gatur de perse rege a paulo consule victo de quo supra
dictum est . sed hoc non credo verum . Iunato iunxit velis
fusis cum unum tante gentis iunxit . precepit ut omnes
proicerent aliquod velum in quendam locum per quem o:
mnes transituri erant . unde iunatis proiectis velis comprende:
ret unum tante gentis ultor agamenon tantis classibus
quia cum mille . fortuna iniqua populos comites iunxit
se ruine magni dedit exequias dignas funere ipso et
est sensus quod fortuna voluit quod pompeius in adversitate sui
casus et ruine haberet socios multos et in morte dignum
honorem . Nam appellat exequias . honorem quem recipiunt
defuncti Non corniger hamon sic exponit sive credit de
populis libie dicens quod corniger hamon .i. iupiter qui colitur
in specie arietis quia sic ibi apparuit . Batto non aspe:
marmaride rnit innitens maricas populos qui dicti sunt marmaride .
Et libie arida non asperunt innitens quicquid patet amari
pharetonid dis occiduis usque sirtes pharetonios et eo littora . Est
autem pharetonium oppidum egipti a quo non longe sub
sirtes maura popula sunt . qui habitant libiem ea
parte que occidentem spectat et dicuntur mauri quia nigri
mauron enim nigrum dicitur . Pharsalia prestitit orbem vincendum
nec non .i. ut . amplex enim negatio affirmat . Cesar felix

omnia simul accipit · Ille ubi deserit In hoc capitulo primo
narratur massilienses pacem a Cesare petentes secundo
responsio Cesaris petita non exaudientis · 3° bellum terrestre
gestum contra Massiliam · quarto navale bellum quo victi
sunt massilienses Secunda ibi Roma movet 3a Haud ita
quarta Spes victis · prima in duas primo scribit Cesarem
cum Roma discedentem massilienses ei occurrere .. secundo
ponitur verba et oratio sponsorum ibi secunda Semper more
dicit primo quod relicta Roma ipse evolat et cito vadit super
alpem nubiferam agmine rapto et veloci impetu et tangit
Cesaris more qui brevi tempore magna incepta agebat
celeritate mirabili · Cum quod alii populi suo terrore firme
succumberent Iuventus phocaica et massilienses dicta a
Phoco eorum olim duce · Est ausa servare fidem non gravi
levitate Sciendum quod sicut plerique auctores dicunt quod di-
se cum aspectu planetarum diversarum regionum ad mores va-
rios disponuntur · hinc galli dicuntur feroces romani graves
greci leves · afferi versipelles · nunc per non sequuntur hanc le-
vitatem Et sunt ausi sequi dura signata · pacta publica
que certis signis notabantur ut modo publica instrumenta et
tas mistica non debebant qui bellum contra romam moveret
ducem quia non flectitur in exaudiendo eos prelata fronde
minerve olivam quia hec arbor apud gentiles consecrata
erat ~~et~~ et forte tractum est a columba que in archa
Noe vexit olivam in signum date pacis a deo post dilu-
vium cecropie atheniensis Cecrops namque rex atheniensis
erat. Unde athenienses cecropie dicuntur · apud quos mi-
nerva et sapientie studium precipue colebatur · Nam ea civi-
tas phocarum nidus fuit Semper Hec pars dividitur in octo
partes primo massilienses exordiuntur · 2° preponunt quod
intendunt petere 3° confirmant per exemplum sic agendum
esse · 4to probant propositum una ratione 7° alia 6to
per aliam 5to inducunt aliam rationem et octavo ali-
am In prima parte dicunt se in externis bellis semper una
cum romanis fuisse · eandem quod cum eis habuisse fortunam
et de hoc plenos esse annales · Et nunc paratos idem facere
In secunda parte que incipit ibi At si funestas dicunt
quod si romani parant se ipsos occidere · procul abesse inten-
dunt In tertia parte ibi Si celicolis probant per simile
ita agendum esse · et quod si pugnarent inter se res celestes
vel gigantes cum eis homines non intromitterent se cognoscentes

Jouem e celo pelli non posse . auctor hanc similitudinem no ad:
aptat . sed intelligendum est ita . mea maiora sunt prelia q̄
vt nobis ea committamt tractare . qui scimus te e gradu tuo
non minui licet nos tecum in pugna non simus . In quar:
ta ibi adde q̄ inuitum ponitur talis ro bella ciuilia non
aguntur coactis quia nulle spontanee gentes concurrerent In
quīta ibi Sit mens est talis racō . dum absumus facimus
bonum vicium . quia si omnes alij populi idem facerent vos nō
pugnaretis quia natura non permitteret vt pr̄ in filium
et frat pugnaret in fr̄em et cognatus et sic de alijs qui co:
sanguinitatis et affinitatis vinculo connectuntur In sexta
parte que incipit ibi Nobis hec summa ponitur racio tal
cum aliqua tamen peticōne de nouo . bonum est q̄ sit locus
tutus tibi et pompeio . vt si vmq̄ de pace tractare velle:
tis . possetis ad eum accede sine armis . quare dimissis
armis in terram nram rogamus vt intrare digneris In
Septima parte que incipit ibi vel cū tanta Est hec racō
cum tibi maiora agenda sunt . s. bellum in hispaniam non
deberes ad hec minora intende . Nos aut̄ res exigua sumus
nam ab antiqua terra depressimus . hic sedem eligentes
quare tecum tamq̄ infelices nos non deberes optare . Nona
ibi Si claude ponitur racō sumpta ex parte laboris . Nā
si cesar intendit eos vi capere . ipsi intendunt omem viz
bellicam sustine sitim famem q̄ tolerare . Et quicquid
asperum aliqui obsessi tolerasse feruntur pacifico mr̄
illud Salomonis . sermo mollis frangit iram . consuetudo
Secundum q̄ annales dicuntur libri , in quibus totius anni
facta recitabantur deuotas voluntarias libentes . damnis
scelerum dimissionem a scelere ; dando volucra sacra
mr̄ illud Res benedicta sacra res est vestanda q̄ sacra
sacra ; maledicta qui terrigene ex terra geniti genus
humanum ignarum sortis de arcum licet parum de celo co:
gnoscat tamen scit Jouem regnare in languerit fuit
impotens ad pertinaciendum fres spargere tela . s. in cōtinuis
gentibus amore naturali vnde in septimo tela pacata
dum rusis tenere lacertis quibus fas . s. cōtinuis gentibus
aquilas que sunt consulum signa terribiles nobis vo
lentibus pacem admisso corpo discrimina ; pericula mar:
tis hiberi hispani ad quod ibat flexibus armis vnde:
me lucanus dicit primam habitacōm bello pulsi relin:
querint . Sed seneca non sit affirmat . dicit prouide reli:
cta graij qui nunc massiliam incolunt primus in ea insula

III

consederunt ex qua quod eos fugaverit mercatum est an celi
gravitas an preponentis ytalie conspectus an natura et im-
portuosi maris exuste hinc cum dissisterent illustrat i. illu-
stres facit et claros fides quam nunc ac servare volumus
praestringere veritate. ut eas apperias sumus parati excipi-
sse faces ignes a te proiectos et tela omne armorum ge-
nus quibus offenditur. Et sumus parati querere haustus
undarum raptas aversis fontibus i. vi bellica acquirere
ad potum que apud inimicos sint vel dicit adversis
fontibus ut intelligas aquas nocivas. Et fode terram et
lambere que aliquo modo sit humida ad sitim auferen-
dam vel saltem liniendam et desit deficiente frumento
et aliis victualibus mortuorum corpora comedemus Sagunti Sagunt.
Hyspanie civitatem florentissimam et amicam romano po-
pulo Anibal obsidione cinxit et fame excruciatam ma-
chinis bellicis octavo mense delevit. unicum cum subsi-
dieret et saguntinis in consilium convenientibus eid tre-
ferat habuit quod in civitatem aditum. hoc fuit belli pu-
nici principium. Saguntini autem se cum omnibus rebus
suis cremaverunt et ex eis sunt aliqui capti et vendidati pro
servis pueri rapti a pectoribus matrum mitterent in
ignes. ad cibum habendum uxor posuit fata pectat mari-
tum ut eam occidat eum non valens famem tollerare. vul-
nera inscribunt fratres fratres se ipsos occidunt mucronibus volne-
ribus. potius ipsi coacti gererent hoc bellum quam timebit
Roma movet. Respondet in hac parte Cesar in hunc mo-
dum i. quod primo proponit quod intendit agere secundo ost-
endit esse quod Massilia rebellet per duo similia. postea res-
pondet ad illud meis quod inclis te credere credere iuveris dicit
in prima quod Massilienses vanam spem habent. Nam licet
in Hyspaniam vadant tamen prius Massilia delenda est.
In secunda que incipit ibi gaudete dicit gaudendum esse
de eorum rebellione. Sicut enim ventus et ignis ex obiec-
tis sibi fortificantur se putat assumere vires eis rebellan-
tibus qui inveniuntur In 3a que incipit ibi sed si solus
audiri eorum peticiond iniquam esse qui volunt ei dare
ingressum ut sit captus et pro pace cum mercedem fece-
runt. dicit penam esse eos sumpturos. Et non sic dicit
Lucius florus. Massilia misera dum pacem optat in
bellum incidit. timerat avarum suam ira prodita vul-
tu voltus a volvendo dicitur quia monstrat hominis voluntates vultus

vana fiducia vel cursus movet gentes heraclis sed vane quia
vacat . corona societate circumstantis . axem dicit propter axis
dicuntur poli quibus celum volvitur quorum alter borealis alter
australis . hic tamen accipitur quasi pro parte celi extrema ut
hic hispania . namque in occidentis extremo est

Haud procul Narraturus bellum quod massiliam gestum
est primo scribit locum castris in dolenum . secundo ca
strorum ordinem . 3o commendat massiliensis munit in ci
vitatem . 4to scribitur cedes nemorum . In quinta parte ponit
specialiter quandam silvam cesam fuisse . 6to ponitur quod cesar
dispositis bellicis rebus apud massiliam in hispaniam iuit . 7o
scribitur agger cum turribus ad impugnandum civitatem factis
8vo narratur ipsum bellum . ibi secunda tunc res 3a Iam sat
4ta tunc omnia 5ta lucus erat 6ta dux tamen 7ma stellatis
8va cedunt tela . dicit in prima quod non procul a menibus ci
vitatis erat mons cuius summitas erat plana . hic locus bona

: tumulus quam pro castris munitus . In civitate contra hunc erat
arx tutissima dicto monti equalis in medio quorum val
valles erant et arena . tumulus mons parvus explicat
extendit campum in campum extenditur diffuso vertice ampla
summitate longo munimine magno opere circumdurabatur muni
men proxima pars non hanc arcem fuisse factam . ne pro
pter exteriorem rupem ibi civitas esset debilis par tumulo
exteriori statuta que manebit facta immenso labore propter
magnum laborem vel cum labore facta erit committere coniungere
colles diversos oppositos . scilicet cum qui erat in urbe et cum
qui erat extra . duxit enim aggerem a rupe castrorum usque
ad urbem ut super eum posset turres ducere ad civitatem im
pugnandam . insuper etiam cesar amplexus fossa fontes
et pabula campi in pascua . perducit longum opus a su
mis castris ad equora ut clauderet urbem ea parte qua cin
gitur terra . Ex una parte massilia habet mare et ex alia
terram . clausit ergo cesar ubi terra est ne quis aditus ma
ssiliensibus sit per terram . Et extruxit brachia in opus
quod claudebat massiliam tollentia . propter pinnas dicit prop
ter dicatur pinna . summitas murorum tamen vocat summi
tates propugnaculorum cespitibus herbarum terra cruda
novitur fossa . ideo a sole tacta non erat . ut sit sensus
quod cesar preter fossam facit quoddam munimentum ex terra
et ligneis edificiis circa eam . In illa parte Iam satis
dicit autor quod hec civitas etiam adquisivit honorem quia
non more aliarum civitatum metu defecit sed ausa sunt impetum

III

sustinere Cesaris arma strenuitas et dicit quod fata ruerunt i(d est)
impediuntur his diebus quos fortuna perdidit cum peteret ce-
sarem toti mundo preficere vincitur mora tempus quos Cesar
perdidit In hac parte tunc arma latet dicit quod cesi sunt
circumstantes silue et agger ex terra et ramis compositus
fit medius a lateribus robore fraxinorum lignorum ne
pressus a turribus super ducendis rueret terrea latus quia
nouiter posita virgulta suspendat suspensum teneat crates hu-
mus cesar structa compage laterum cedat recedat recedendo
ubi lucus erat describit primo istam siluam Secundo pre-
ceptum Cesaris quod cedatur ibi Hanc iubet prima dicit de
primo scribit silue densitatem dicens quod erat lucus arborum
depressitate obstruens non ruiz credebatur inde ulla arbor
erat quod opparuit illuc radiis solis ingredi non valentibus. 2o
scribit eundem locum deditum ad sacra et reverentia que fiebat
ei In hunc non ... dicit itaque quod hunc colebant panes
qui sunt dei ruris et siluani qui sunt siluarum non
nimphe que sunt dee aquarum, quia dicit his deis ibi sa-
crificia non fiebant ut solet in silvis fieri sed fiebant crudelia
ibi sacrificia. Nam pauce illuc arbores erant quibus non esset
sacrificatum humano sanguine et si verum erat quod per antiquos
dicebatur non solum homines ibi reverentiam habebant ver-
i(d est) que um etiam aves in ramis earundem arborum non sedebant et fe-
re que sua cubilia illuc non ponebant. Inanimata etiam
ut venti et fulmina illuc non audentia exhibere loco
reverentiam videbantur In .2o scribit auctor timorem et timo-
ris causam quem gentes habebant de ipso luco ibi non ullis
frondet dicens quod illuc arbores horribiles erant sine foliis
stantes nigra simulacra ex arboribus informia, que ipsa ve-
tustas deformiora reddebat et cum nescirent qui dei illuc
habitarent eo magis timebant. Erat et fama quod ex caui-
nis sepe audiebantur exire mugitus eadem arbores et per
se ipsas surgere et ibi apparuisse ignes nullis comburentes
plurimos quia ibi dracones visos fuisse. hec res adeo terrorem
induxerat quod habitatio illuc propinqua non erat. ipsi etiam lu-
ci illius sacerdotes illuc vadentes deum metuere loci time-
bant sine diurnum sine nocturnum fuisset tempus are sunt
structe diris licet ara sine aspiratione et altare sint idem
tamen ara quoque ponitur pro sacrificio in altari facto et sic
ponit auctor hic lustrata sacrificata lustris cubilibus hor-
ror sunt propernis inest arboribus non ullis auris impe-
llentibus frondem i(d est) non flabant venti quibus plante crescunt
ex

simulacra mesta (?) Deorum arte carent non sunt artificiose fa-
cte .i. ingeniose situs vetustas pallor qui ex situ erat robore
ligno sic in tantum non volgatis figuris . quibus certis figuris
ibi gentiles demonum illusione decepti deos suos aspiciebant
sicut in hystorijs suis patet , sed hec in hac silua non cerne-
bant tantum multum . addit terroribus non nosse deos quos
timeant eo plus timebant . quia timenda non nouerant ca-
uernas mugire cum motu . mugire et moueri simul tremendo
taxos arbores que venenose fore dicuntur procumbentes con-
surgere que prius procumbuerant iacta exurgebant . deinde
cum dicit hanc iubet primo ponit preceptum Cesaris , 2o
quod retardant gentem suam in parere edicto . 3o sequitur Ce-
sar aufferens timoris causam . 4to populos obedientes ad
cedendum hanc siluam , quinto ex hoc populos gallicos doluis-
se et massilienses letari . de iniuria que per Cesarem fie-
bat deis sexto autoris sententiam super hoc subinferens 1o
cesum nemus adductum fuisse per villicos eius regionis enar-
rat ibi secunda sed fortes 3a implicatas 4ta tum paruit
7ta gemunt 6ta crimen (?) 1ma vt ex patris (?) . dicit in prima
quod hanc siluam iussit Cesar incidi . cuius rei triplicem cau-
sam tangit s. quia vicina erat operi . Et quia alie silue
non erant propinque . Et quia ista alijs bellis intacta
arboribus abundabat , dicit in secunda quod quibus preceptum
erat timuerunt siluam incidere tamquam , tamquam ei loco reueren-
ciam habebant vt crederent se ipsos securibus cedere quibus si-
luam incidere mitterentur . dicit in 3a ~~secunda~~ quod Cesar agnoscens
hanc gentem timere accepta bipenni ipse incepit in silua
dictam altam quercum incidere . et ait credite me totum hoc
culpam ne amplius siluam euertere dubitetis . In 4ta dicit quod
illi obedierunt . non quia non timerent sed cogitantes iram Ce-
saris et deorum eligunt pro minori malo in deorum iram
incidere . quam in iram Cesaris . Narrat quod diuersa genera ar-
borum ibi cesa . dicit in quinta quod populi gallici multum do-
luerunt , tamen massilienses magno gaudio gauisi sunt . In
septima parte reddens causas dolendi et de eorum leticia
dicunt quod ideo fecerunt quia non erat cogitandum quod de-
is fieret iniuria . sed dicit autor non sic esse . quia perceit (?)
fortuna nocentibus et dij solum miseris irascuntur pro
cumbere cesa robora fortes animo se tremuere timuerunt pauendo
quod sequitur per ea quod precedit . tremor tamen cum timorem
sequitur . bipennem duas habens pennas . Et declinantur bi-
pennis et hic et hec bipennis et hoc bipenne nubrae (?) coeunt

Declinatio bipennis

III

est etiam vibratur cuspis et fulgur aeream altam robora robur
est robur quicquid ex omni materia firmum est et est generis
ligni. Iam dextras subvertere credite me fecisse nefas, quia
plus habet culpe qui incipiens aliis viam facit nefas contra
fas quod ius divinum. expensa iusticia nata silva Dodo-
nes arbor quercus vel Iovis Dodone Dodones et dicitur sic dodona
a Dodona silva Epiri quercubus et glandibus referta Iovi
consacrata unde proprie Dodone quercus vocatur et alnus
aptior fluctibus quam quercus. cupressus non testata luctus
plebeios hac arbore faciunt pire in quibus mortui cre-
mantur. sed non assumuntur ad talem usum scilicet ad hoc edi-
ficia construenda. causa autem quare tale lignum usum
comburendi corpora assumebatur erat quia ipsa combusta
redolet. ut quo auferatur fastidium quod posset ex tali adustio-
ne defunctorum contingere hunc odoriferam cupressum
vel ideo hoc faciunt quia cupressus excisa non
ideo defunctis convenienter admiscere receperunt diem lu-
cem silva cadens substinuit se de ro- bustis arboribus
ibi existentibus ut arbores non caderent sed herebant non visis
Gallorum populi gemuere non in historiis Cesaris dici quod
Gallia religionibus ad modum dedita est. Ita quod cum plus
de divinis curam haberent. quam alii populi ipsi singula-
riter doluerunt. In ultima parte dicit quod propter quam sanis fuit
Cesar nemoris plaustra quesita per agros fuit ferunt illud
cesum nemus unde agricole fleverunt annum asportatis so-
li i. terre raptis iuvencis a curvo aratro ex agris non
susceperunt. dux tamen impatiens. In hac parte dicit quod
Cesar ordinatis apud Massiliam rebus quibus civitas
impugnari possit curam eius belli mandavit aliis et
dicitur quod Brutum prefecit classibus et navali bello. Tre-
bonium vero in bello terrestri. Stellatis naucans auctor im-
pugnationis terrestrem quatuor facit primo admotas esse
turres ad urbem. secundo testudines. 3o vineas 4to Massilien-
ses egredientes ad incendendas machinas Romanorum
ibi secunda ut tante hostiles 2a tunc ad opera lenius certa-
mina sunt ~~gesta~~ Circa primum sciendum quod agger ex agger
terra et lignis attollitur circa murum de quo tela iac-
tantur. turres vero sunt machinamenta que edificiorum turris
speciem retinent cratibus tabulatis compacta et corii-
cio contecta ne hostili cremarentur. quarum altitudo tanta
esse debet ut lapides muros ~~quos~~ excuperet. quibus admo-
tis ad murum dispositis pontibus in hostilem in murum transi-

et in superioribus partibus sagittarii collocantur qui de muro defensores expellant. Hoc dicit per vegecium de re militari. dicit ergo lucanus quod erigitur agger axibus stellatis licet hoc varie exponatur credo tamen sic exponendum. quod licet axis dicatur illud quod volvitur tamen axes etiam dicuntur tabule stellatis non dicitur quod fixum est non sicera sed secte unde vocamus stellones ligna sic scissa unde vult dicere quod agger erigitur ordinatis a lateribus tabulis ad modum steccati. quo promunire circa fossas Et ideo hoc fit ut super dixerat ne terra a turribus superducendis pressa hinc inde ~~fieret~~ diffluerit Et dicit ulterius quod super hunc aggerem ducuntur turres tante altitudinis ut muros ~~equarent~~ repsere id est incesserunt licet repere sit ventre ire ut faciunt serpentes hic tamen exponitur pro simpliciter ire latente causa quia ducentes ipsas non videbantur exterius. sed cum tamen omnis nutaret vacillaret et ~~tremeret~~ iuventus massilie credidit ventum querentem exitus id est volentem ex terra de terra exire. qui non potens libere egredi terre motum facit. opinione quorundam et ab hoc irrata est iuventus qui muri non ruebant sic terratenente Ex admotis turribus romani in urbem tela iactabat Sed cum massiliensibus maior erat vis ad iaciendum in romanos. qui non solum brachiis proiciebant. verum et fortibus balistis unde dicit quod hasta rapta terso turbine id est fune et torta balista et est per similitudinem corda dicta turbona. Turbo est ventus circumgirans se. qui semper quod invenit rapit haud unum contenta id est non contenta transire unum latus. unum corpus. quiescat. sed occiso uno transit ad aliud Et ~~qui~~ etiam quociens saxum excutit dissipat totus arcus cum ingenti ictu verberis id est percussionis Et facit comparacionem qualis rupes ruens steterit circa quam vetustas qua omnia desciunt adiuta impulsu ventorum abscidit sive causa ut abscideret. Non tamen exanimat occidit corpora pressa sed dissipat artus cum sanguine dum illa terit corporis membrorum descerunt figuram. Ut tamen hostes

In hac parte dicit romanos iuisse ad muros impugnantes acta testudine. qui dum exiret quia arma non ledebantur si pugnam eorum series rupta est tunc exceperunt nocivos ictus ibi tunc adoperta leva Narrat quod romani duxerunt vineas in quibus erant arietes appliciti quibus murum temptabat suffodere et ipse etiam aliis instrumentis murum destruere nitebantur ut contra massilienses superiacto igne in hec instrumenta et multis ictibus ea desterunt propter

i. tra

Stellones

VI

quod romani coacti sunt e bello discedere omissa impugna
tione murorum Et est sciendum quod secundum papiam testudo testudo
ex tabulis contexitur que intus trabem habet cuius caput ferro
augitur et vocatur aries quia more arietis retrotrahitur aries
ut impulsa fortius feriat. testudo dicta est aut per similitudinem
animalis testudinis que caput modo reducit. modo profert. sic
ita hoc machinamentum hanc trabem modo reducit modo
exerit. Vinea vero secundum eundem autorem ex levioribus li-
gnis constructa est cuius tectum coriis coperitur partim
tabulata et crates hee plures in ordinem iunguntur sub
quibus instructi ponebant murum Non Lucanum vi
detur testudinem pro vinea et vineam pro testudine posuisse
vel dicendo quod per testudinem intelligit scutorum connexionem
vocabulorum enim significata et differentie saepe autores
saepius confunduntur. significat et testudo ea que hic denotat
usus cantat bellator natus. et testudo plicatur Vinctus te-
cta densa testudine subit id est sub hostiles muros proque
et armis arma innexa priores fecerunt qui precedebant
clipeos simul iunctos se quod et alios subsequentes protegebant
unde dixit quod umbo extensus. quia gerebatur super caput umbo
protegit galeam. dicitur umbo scuti plicatura tamen po-
nitur pro ipso scuto. que prius ex longo romanis nocebat
sed romanis appropinquantibus ad muros illa tela ibant
post tergum. Cum quod ipsi massilienses sufficit parant pugna-
re a longinquo non erat eis facile mutare modum pugnandi
cum iaculis. Ideo solum saxa super aciem romanorum
proiciebant recessu remoto spacio torsere se. Et non erat
facilis labor grittis paratis ad longinqua tela flectere ia-
ctum aut mutare modum tormenti. vocatur tormentum
omne bellicum machinamentum quo aliquid proicitur dictum tormentum
a torqueo. es. Lacertis nudis id est sine armis. scilicet ne impedian-
tur pondere armorum ut grandine comparatio talis quod ita
se defendebant romani connexis armis. sicut tecti a
grandine. Sed postquam massilienses accusa solum rupperunt ea
armorum seriem multis ictibus tunc armant singula excipi-
entes ictus asserunt cratem de cratis quod fit ex connexis crates
viminibus. sed modo ponitur pro connexione armorum. ideo
dicit perpetua id est continuam tunc terra que in aggere nouit plutei
posita fuerat plutei sunt pluri crates corrigio tecudo in-
texte quibus vinee tegebantur. Cutinus romani parat moliri
pro demoliri id est vastare et verter pro evertere. fortior quam
homines brachiis subducere seorsum duxit unum scilicet saxum ab aliis
saxis impositis pro suppositis. Sed crates coniuncta vinearum
precusse flammis et sic mollis. magna pondera insuper iacta

frangebant et sudibus facibus et ictu adusti roboris accuuntur
ligna ad hec remedia et pyca uruntur aliquantulum ut in-
durentur ipsa racha fingunt ut ferrum cedunt victi exhausto
vacuo labore i. robore quo laborem tolerarunt. Summa fuit in
ista quarta parte dicit quod summa voti i. summum et optimum de-
siderium fuit gentis ut starent menia i. ad menia intellige
defendenda sed non sic agere contenti egrediuntur ex urbe et
nocturni i. nocte egressi occultaverunt faces armis precedebat
cum armatorum acies que occultarent subsequentes cum faci-
bus qui nulla ferebat tela ut plures possent faces ferre qui-
bus accensis et iactis in edificia romanorum vento iuvante
illa statim accensa sunt. Et licet ignis non haberet agere in vi-
ridum materia non remittebatur in viribus ymo flamma tamen
generabat in altum ut fumi altitudinem videretur equare
unde non solum ligna in cineres versa sunt verum etiam saxa
soluta sunt. Et cautes crude durissime petre fluxerunt pul-
vere putri in pulverem fluxerunt et putrefacte sunt iacens
post quam cecidit apparuit maior post incineracionem sicut con-
tingit de calce que postquam super eam aqua proicitur vi-
detur crescere incinerata. Spes victis telluris abit In hac
parte in qua scribitur navale bellum auctor tria facit primo
narrat bellum in generali secundo quorundam mortem
in speciali. 3o victoriam cessisse romanis ibi secunda Phocais
romana 3a Inclamat iam fata prima dividitur in octo partes
primo scribitur navium preparacio utriusque partis. 2o casus
accessus ad bellum tempore ~~condescer~~ candescenti. 3o ordo roma-
ne classis. 4o primo assultus bellicus 7to ponitur quedam
similitudo 6to ponitur modus pugnandi massiliensium. 7mo
remedia romanorum contra modum massiliensium. octavo con-
certa pugnam fuisse gladiis ~~ibi~~ secunda ut matutinos
· 3a cornua 4ta ut tum 7ta utque 6o sed grayis et ma-
tutine insignifera 8va Iam non dicit in prima quod pugna
romani desperaverunt de terrestri victoria placuit eis
experiri fortunam navalis belli unde fabricant naves non
curantes ornatum ipsarum sed solam fortitudinem. Venerat
autem in auxilium bruti per rodanum naves que facte fuerant
apud insulam stecades idem preparant massilienses et un-
decumque possunt collectis navibus omnes suas in arma cogit
tutela fulgens i. imagines deorum suorum in tutelam navis
pingebantur. Non decuit ornatas carinas i. decens non or-
navit carinas sed conseritur rudis arbor qualis procum-
bit aerea apposite stabilis firma turrigeram altam
vel habentem turres et propugnacula classis omni hieme
Stecades cesar faciebat quam plures naves poterat fabricare contra

III

des stecades sunt insule Massiliensium quo rodanus exit in mare
in fine provincie Narbonensis unde dicit quod classis tenens ar-
va stecados conti cursus venerat in fluctus maris cum gurgite ro
dani i. per rodanum naves venientes intraverunt in mare gra-
denos longi cui ephebis adolescentibus adhuc imberbibus Et ephebis
dicitur Ephebus ab hoc nomine phebus ut sit adhuc sine phe-
bo i. sine calore In quo lucanus dat intelligi quod nec seni-
bus nec adhuc nimis iuvenibus concessum est a bello vaca-
re. Idem fecerunt de navibus. Nam classis que stabat in undis
i. que ad hoc ad navigandum erat ydonea. sed ut iuventus
recepit alnos alnus enim populus est de qua naves fiunt in
alnos i. naves Et alii ut naves dicuntur emeritas quibus
iam vacare concessum erat propter vetustatem navalibus por-
tubus In secunda parte ibi Cornua dicit naves romanorum
sic ordinatas esse secundum quod navalis belli ratio exigebat
Nam in cornibus erant Naves ~~valide~~ valide que circumda-
bant naves debiliores inter eas erant liburne i. naves ve-
lociter currentes ut suis possent ferre auxilium circumquaque omnibus dicit
Et erant ordinate iste naves in modum lune corniculate or-
dinata est luna sic Cornua classis romane et valide trieremes
Et ille quas ordo quaternus remigis quater commovet Et ille que
ingerunt plures pinus in equore aurore rates multiplices i.
multas et intellige debiliores Et vult significare quod queda
naves ducebantur quadrupliti remorum ordine / Et quedam
quintupliti / Et quedam multiplicori / dicit remigis pro remi-
gum pinnus i. remos Hec liburne contente exemisse primo or-
dine remorum s. recedunt quia inter eas erant hoc robur
maximum oppositum mari aperto i. maris externis existenti quod
classes non circumdant classe lunata ordinata ad modum lu-
ne. vel robur oppositum i. naves massilie que opposite
sunt romanis in aperto pelago classe lunata i. curvata ut
intelligat eas stare in modum semicirculi liburne naves
velociter currentes dicte a liburnis populis qui veloces
sunt recedunt undique cedunt i. percutiunt mare cum remis
et veloces esse ista dicit naves massiliensium Sed puppis bruti
pretoria quia ipse pretor erat agitur senis verberibus
i. sextupliti remorum ordine et invehit introvehit molem
magnitudinis ponderis In quarta parte ibi ut tantum
dicit quod postquam naves appropinquaverunt tantum quod
possent iungi uno impulsu ~~ventorum~~ remorum undique
exortus est clamor adeo magnus quod nec tube nec remo-
rum strepitus audiri potuit ut naves se obviis rostris
percucientes tantum redire retrorsum Iacta vero missilia que
ultra naves ierunt ceciderunt in mare. Tunc ut massilienses

nauibus suis ingressi sunt intra carina classis romane cogunt
que eorum ordinem expari utraque classis romanorum et massi-
liensium tonsis remis premitur non permittitur audiri cerru-
la maria verrerunt super finem remouendo remouendo tran- transtra
stra sedilia remigancium pulsant percuciunt in puppim redie-
re rates scilicet accipiatur rates pro prima parte nauis expone-
ndum est sicut iam dictum est supra In puppim id est in locum
puppis que est ultima pars nauis prora anterior cari-
na media pars est inter proram et carinam vel inter pu- prora puppis carina cimba
ppim et carinam cimba vel cimba pars aquis vicinum
vnde in quibusdam versibus dicitur prora prior pars est nauis
pars ultima puppis dic latus esse ratem ventrem dic esse
carinam quelibet tamen pars ponitur pro ipsa naui et secundum
istum modum patet quod exponendum est potum vacuum a
nauibus que inde discesserunt ubi erant quando incepit
balistare classis diuise que sunt massiliensium laxata classe
ampliata romanorum classe extendit carina Nauium ro-
manorum que prius propugna fuerant proris non na-
uibus diductis separatis et est sensus quod postquam massili-
enses ad pugnam conserendam suas naues extendunt roma-
ni idem facere sunt coacti ut quoreus comparatio talis
est quod si mare refluxit ad repellendum varios sulcos quos
fecerant naues romanorum et massiliensium sicut mare rec-
ciit quando pugnat hinc eurus ventus orientalis inde
zephirus occidentalis In quo vult monstrare multam ma-
ris impulsionem esse factam ab impugnantibus se nauibus
ex quo similis est ei quam oppositi faciunt venti Estus ma-
ris vndarum repugnat quia ab oppositis ventis ducitur
mare refluens per eos Ubi cum dicit sed grauis ostendit mo-
dum pugnandi massiliensium dicens quod ipsi habebant naues fa-
ciles ~~sed inhabiles ad ducendum~~ ad aggrediendum roma-
nos et ad recedendum faciles a gressu pugne. Econtra romani
habebant naues fortes sed inhabiles adducendum Itaque ma-
nebant firmi sicut si essent in pugna terrestri habiles faci-
les primus modo naues pugnat nec frangere pro frangebat
cursum tunc frangitur cursus quando non potest recte re-
tardere ~~sed fixit~~ longo gire quod illis non contingebat pote-
ribus uertere se retrorsum clauo timoni Ubi tunc In significa
dicit brutum monuisse nauis sue rectorem ne pateretur
inimicorum naues discurrere quod ut posset peruenire in
vitatis hostibus excessu pugne dicit ut prebeat medias
~~partes~~ partes nauis rostris inimicorum quodcumque factum
esset quecumque nauis conata bruti nauem laceraret ictu

victa sunt

III

victa sunt alie vero rerute sunt a romanis cum uncis
et catheniis ut res gladiis geri possit signifera quia
unus/ aliis omnibus signum dabat quid agendum esset. vn
virgilius dat clarum e puppi signum cerare vagari et
pro eo manice est manica tunice ligamen manuum hic
ponitur pro vinculo ferreo teretes illud dicitur teres quod teres
longum et rotundum ut baculus ideo sepe ponitur pro
spiculo catenarum quia huiusmodi sunt tecto a navibus
in illa parte Jam non excussis dicit bellum non esse gestum
telis iactis sed gladiis unde cruor mare infecit quidam
ceciderunt in suis navibus confecti vulneribus quidam in
pontum utique naves fugi non sinebant. quidam ruina fra-
ctarum navium perierunt. addit tot corpora in mare ce-
cidisse quod omne telum iactum in mare voluntas inserebat tor-
quentur iactumque vulnera que voluntas infligunt de robo-
re pro in robore abducti rapti concreto congelato vincula
ut vinci constringunt. cadavera conserta prohibent iugi pu-
pes quas vincula iniussi ferri traxerunt / semianimes se-
mivivi propter vulnera haserunt biberunt pontum sanguine
suo mixtum dum suffocabantur. hii alii trahentes animam
flatum luctantem pugnantem exire lenta dat tarda copia
tone earum qui acceptis vulneribus subito moriuntur irri-
ta vana quia proiciebantur in naves et cadebant in
mare frustrato decepto quia iuit aut plus aut minus
quam foret intento iaculis/ pharsalis romana ratis nar-
rantur hinc specialia facta in hac pugna et dividitur in
partes quot sunt particularia que narrantur par-
tes patebunt dicit primo quod quedam romana ratis cir-
cumdata a navibus massiliensium turbatur se in dextro et sini-
stro latere In ea lagus quidam viriliter pugnans dum
conaretur navis gubernaculum retinere que massiliensium
erat tunc due haste ex diversa parte venientes una in
pectore alia in tergo que haste obviaverunt sibi in
ipso pectore et visus est sanguis stare quo flueret incertus
donec utraque hasta expulsa est per sanguinem ~~expulerit vo-
lens significare~~ emanantem et ipse mortuus est Et
ij probare locutus est autor in hoc quod sanguis hastas expu-
lerit volens significare quod tam impetuose sanguis exivit
ut videretur sufficere ad hastas ipsas expellendas. Sed cre-
dibile est quod ipse obviaverunt sibi et altera alteram ex-
pellente utraque exivit ex vulnere vastata evacuata ab
insilientibus diducto seperato equo marte equali marte

certaminis non cum plus patiebatur quam inferret amplustre gu-
bernaculum transigitur tergo per sinedochen id est transitus pectore
et tergi pars opposita pectori diuisit animam id est sanguinem
quem animam quidam putauerunt vel animam id est vitam que
per duas vias recessisse videtur alias ps est ibi dirigitur
in qua dicitur quod quidam nomine telon accessit ad impugnandum
romanos. qui erat optimus et peritus nauta indicando de
futuri temporis qualitate et optime in tempestate guberna-
re sciebat. hic nauis sue rostro nauem romanam rupe-
rat sed pilum in eius pectus iactum mori illum coegit et
ipse retro cadendo moriens nauem retorserat constrin. sic
dextra 2o qua dextra nullam manum carine audiuere me-
lius id est melius sensere regentem pelago turbante pro turbato
nec lux crastina est notior vela compone id est ad componendum car-
basa vela venturis ventis seu solum videat seu cornua lune
ex quibus signa futuri temporis colligebat alui nauis com-
page iunctura avertit ad aliam partem vertit. aliud factum
narratur ibi dum cepit Giareus vir massiliensis volens
de sua naui transire in supradictam nauim que rectorem ami-
serat iacta lancea per ilia affixus fuit in quam transibat.
qui licet caderet moribundus tamen pendens retinebatur
a telo ibi stant gemini dicit quod erant duo fratres adeo similes
quod alterum ab altero difficile cognoscere erat. quorum vno
pereunte parentes diu luctui vacauerunt. dum viuus defuncti
memoriam renouaretur. Modus perimendi fuit hic cepit ille
nauem inimicorum, manum. hec manus amputata fuit. quam
tentatam dum alia manu capere conaretur. sed ea cum parte
brachij est abscissa. nec sic bello cessit sed stabat quasi pro
clipeo aliorum. qui tandem multis confossus vulneribus se
in nauem iecit hostilem. vt noceret pondere inimicis. ratis
illa dum multos ictus exciperet. multa quia fecit intercep-
toris strage grauata necessarijs carens defensoribus. mer-
sa est alibi tamen narratur. quod hic intrans in nauem ini-
micorum vmbone inimicos perturbabat gemini fratres
gloria fecunde matris quia vno editi partu vnde gemini id est
gemelli non eadem fortuna vsi fuit nam alter mortuus est al-
ter vixit errore quia sepe parentes viuentibus alterum pro
altero accipiebant ausus est supplere iniectare intro iacere
de puppe graia mixtis remis ad remos vt caperet eos tanti
ne romane abliquo pectore quia flexit se dixit obliquo.

hesit nisu quo preciderat amputata. ut tenuit una ita re-
mansit mortua strictis nervis diriguit rigida facta cum
moriendo virtus fortitudo excrevit quia gaudet patientia
duris restaurat reparat procumbit in corpora flectit clipeo
carens manum sinistra carebat qua clipeus tenetur quia
ad id officium apta et fortis est. etiam plus quam dextra de-
lis manui dextre que in inferendis ictibus fortior est et ad
ictus tenenda ima puppe in secretam in quam solebant vul-
nerati descendere ne nocumenta inferrent pugnantibus sed expo-
situs erat et expositus nudo pectore clipeo perfossus crebra
cuspide multis iaculis constat firma manet rectus non
cadens emerita morte victrici morte. sic enim moriendo
se gessit ut victor videretur animam fugientem inde disten-
dentem contendit simul tendit ut se iactaret in hostilem na-
vem hausit illa navis in quam se iecerat. Multa ex post
Narratur aliud factum sic. multa monstruosa ea die facta
sunt in ea pugna. quidam cum uncum iecerunt quo Lycidam
affixum trahebant. ille cecidisset in mare nisi socii crus ip-
sum retentassent his ergo et illis trahentibus per violenti-
am scissus est iuvenis. Et venis undique ruptis sanguis
fluxit in aquam pars reciproca cito defuncta est alia pars
ubi remanserant viscera plus vixit. quam socii vix habe-
re potuerunt. quin aliqua membrorum pars remaneret tra-
hentibus inimicis. fati mortis ferrea manus i. uncus
Lycidam proprium nomen viri de quo non dubitat auctor u-
trum massiliensis an romanus fuerit sed intelligendum
est quod massiliensis. Nam constat hunc massiliensem esse
qui ante istum narratur. propter quod alia re non interpo-
sita ut narratio sit continua iste massiliensis erat Et ma-
xime quia mos auctorum est de his qui sunt narrare
defunctos retentat retinet avulsus tractus emicuit saliit
discursus amne sanguis interceptus ruptus quia in aquam
cecidit. pars ultima s. pedum vitalibus vacua cita mor-
tua est, sed alia e contrario. pulmo tumidus quia impletur
aere in ipsa respiratione viscera fervent ubi cor calet
quia est fons caloris fata non pro vita que ibi
hesit immorata est vel fata i. mors hescerunt dubi-
taverunt luctata sunt repugnaverunt viri qui expectant
quod dicit ad drani una. qui ex alia parte expectat

Vix tulerunt omnia membra cum hac parte. vix habuerunt hanc
partem ubi erant viscera cum omnibus membris ut caput in-
nitos non remaneret. ergo primo aperuerunt pedes deinde par-
tem capitis sed non potuerunt facere quod uncus affixus
non fereret secum aliquam partem dum pugnat cum qua-
dam nave viri pugnantes ea relicta parte quam non
pugnabant hostes converterant ad eam partem que be-
llo carpita fuerat. una pars plena viris vacue par-
ti preponderavit navem facit subverti. sub qua clausi
omnes perierunt Rausterne sic. puppis ipsa texit pelagus et
nautas cavam carinam que est media pars navis sive venter
est ut supra dictum est. Tunc unica narratur quod iuvenis
quidam reclusus in medio duarum navium obviantium sibi
ad pugnam ab utraque. hinc inde percussus in medio dua-
rum navium cum pectus totum confractum est. et venter st-
ricto ille saniem cum sanguine eiciebat. et aqua per cor-
pus sic perforatum transiens decurrebat fauces
discessit ita strictum est ut nil remaneret quominus ut non
sonent tamquam si nil medium inveniret sanguinis percur-
sus visceribus eiectat saniem secum et sanguinem et visce-
ra ore proiciebat inhibent separat transmisit aquas vel
vectibus tam magna erant vulnera ut aqua per illa decur-
reret tamquam per amplexos meatus pars maxima 9 quibus
minus navis naufragio periens ad sociorum puppim eo
fugit cumque ligna navis appenderet et illa vacillaret
et peritura videretur. si illuc gens illa intrasset. post
quam vetiti ascendere non desinebant sacii eorum brachia in-
ciderunt qui cadentes mersi et suffocati sunt oblitatata
morti pugnabat ne moreretur Laceris iactans quod
natando sit velut brachiis iuvaret tremens vacillaret
~~impia turba~~ quia suos occidit brachia pendentia quia
quod manus strinxerat adhuc brachiis non dimittebant
gravia quod massiliensium non amplius sicut prius quando
brachia habebant quibus natare poterant Iam quoque omni
In hac parte volens ostendere pugne diuturnitatem et fu-
rorem dicit quod iam pugnatoribus omnia tela defecerant
ideo quidam proiciebant in hostem loco telorum remos
quidam gubernaculum quidam sedilia navium quidam
ad naves frangebant ut haberent quod iacerent alii
e cadaveribus ~~tell~~ tela vellebant alii quod vulneribus
sub alia manum vulnus tenentes ne deinde sanguinis
flueret. vel viscera emanaret. Inter cetera tamen ignis

quo naues merdebantur plus nocebat naufragi tela per
mare natantia colligebant et suis illa ministrabant. unus
etiam naufragus cum alio pugnabat et si non habebant
ferrum. alius alium sub aquam mersum tenebat eligebat
ꝑ pire ne alter euaderet stetura iacentia pessum subit
dum sanguis praebebat ictus validos dum habent tantum
uirium. non dum adhuc toto sanguine exeunte quo possit for-
tius ictus inferre dirpa lucis pelago ignis qui aque
contrarius est pinguibus uictus uiuax quia non de fa-
cili extinguitur. Vendicat. acquirit. Hi ne mergantur ti-
more pereundi per aquam super ardentibus tabulis im-
morantur nulle modis. Mam mortem plus timebant qua
mori aperant. alteri quam morti se exponebant ut illam effu-
gerent Iactas manus quia nesciebant an aliquem inue-
nirent ictu languente pereunte ictu cum sepe neminem
ferirent ultimum pelago ad occidendum se subpedere sub-
tus in aquis manere. pugna fuit. Quendam phocaus qui
diu sub aquis manere poterat duxerat hostem sub aquas
et eo suffocato sursum redibat. sed occurrentibus sub nauibus
ipse periit quia non potuit seruare animam flatum eo
tunc non respirauit adeo eximius excellens. cauinellere.
morsus unci affixos figitur et implicatur anchora
aliquibus rebus. a quibus cum difficultate extrahitur
unde oportet esse ad explicandum illum apud hoc officium. hic
satis optimus erat anchora non senserat funem. Tunc
anchora non uidetur funem sentire cum ipso fune pro
tracto anchora non mouetur adductum ad se ductum
tractum uacuos fluctus uocat ubi naues non sunt. Hi
super hastilia quidem tenebant uenos inimicorum ne
fugere possint. omnibus ibi morientibus maxima cura
fuit non perdere mortem id est non mori quin noceret inimicis.
adeo affligebant se rostris nauium ne possent ictus inferre
ultimus iuuabat se hoc modo. clausi stantem sublimi lig-
damus massiliensis percussit quendam romanum tire-
num nomine quodam globo plumbeo que vocatur glandes
quem funda iecit. tunc percussis ruptis per temporibus
capitis. oculi egressi sunt a suis sedibus putauit
ille se mori cum sentiret se hinc premaci rerum
paginis se fortem sensit rogauit socios ut ibi cum eo
carent unde hostibus posset proiciendo nocere sicut ponuntur
machine et alia instrumenta bellica quibus in hostes

Jacitur aliquid nociturum. sed cum ille quasi mortuus esset ta-
men optime se gerebat in pugna ita quod mittebat nocentia
inimicis. culmine vero eminentiori. Baleari Balearis funde
cuius usus est in Baleari insula inventus ut in primo
libro dictum est. torsor iaculator. constrinxit se oculi expressi
se sedibus procucurrerunt postquam cervix rumpit omnia vincu-
la id est nervos quibus oculi tenentur colligati. tormenta
instrumenta bellica ad iaciendum apta. egere ad gerendum
id est ad demittendum quicquid superest. ante id est ante Tyrrhene quod
ipse Tyrrhenus vocabatur. cadaver defunctum quod magna pars
habet usum ingentem militis pro ingentis militis quod dicit quod
ipse est defunctus et strenuus miles se gerebat in pugna
ferire pro feriebat. certa manu ipse cecus erat. ideo ma-
nus erat incerta et ignara quo proiceret. non irrita
non vana. excipit hic Argus Massiliensis telo huius Tir-
reni aliqualiter super ilia qua iungitur vulneratus est. cuius
pater qui tempore iuventutis clarus fuerat. sed senec-
tute deficiebat in viribus. venit ad filium morientem. et
videns filii periculum primo sincopim passus. filius
eius loqui volens non potuit. sed postquam senex ad se ille
redimit petita venia quod non Argum quod osculabatur. nec
alia faciebat que circa defunctos fieri solebant. se gla-
dio percuciens precipitavit in mare ut duobus modis
accersita morte ante filium moreretur. excepit recepit gene-
rosi nobilis qua parte ventus iam non medius nam
vel medium descendit in ilia. versus ilia procumbens cadens
iniit ferrum pondere cadendo super iaculum ipsum magis in-
fixum est. exemplum non miles erat qui doceret non quod
operaretur. spirantis pro expirantis id est morientis. tundit
percussit. riguit stupidus mansit ut mortuus. diffusis
palmis ut mos est dolentium. vox subit desiit ei visus
obduxere cooperuerunt. certus stans tamen cernere fa-
solutas aptas. nec ut mortuus sit ut carnit torpore
postquam ad se redit. crevit dolor. quia in extre-
ma membra iam sanguis et spiritus redierat a quibus
sincopizando discesserat interiora recurrens. inclinant
iam fata victoriam narrat Romanorum fuisse. cum ma-
plurimis naves quedam merse sunt quedam vero a ro-
manis capte. pauce fuge beneficio evaserunt. tota
quod urbs luctibus plena erat. mulierum ingens per li-
tora planctus postquam corpora pulsa fuerant und-
acdimbus marinis. cum quod confuse iam facies essent.

mulieres romanorum corpora credebant esse suorum Et fi-
erat plurima inter pres contentio de cadaveribus cum di-
ceret unus hoc est cadaver alicuius mei Sic ergo brevis
honorem attulit Cesari in mari primo victoriam acqui-
rendo fata fortune inclinant absolutum posuit cum
alibi legatur activum, ut in ewangelio filius hominis non
habet ubi caput declinet anceps dubium prope inter duo anceps
navalia portus precipiti victori maternum mulierum et
dicunt aliqui massiliam fuisse deletam post hoc bellum
aliqui dicunt eam fuisse servatam etc

Quartus

a At procul extremis terrarum In hoc quarto
libro tria prin-
cipalia facit continueri primum est victoria quam
habuit cesar in hyspania de affranio et petreio
Secundum quod habuerunt pompeiani quandam navim cesa-
ri capientes cui vulteius dux Cesariensis preerat 3o Narra-
tur curio victus a rege iuba in libia ibi secunda non
eadem belli ibi 3a Non segnior illo. pars prima narratur
in quinque partes Nam primo narratur utriusque partis ca-
strametatio cum descriptione gentis affranii et petreii Et
cum quodam bellico congressu secundo narratur ingens plu-
via que fecit eos a bello cessare 3o describitur Cesar se-
quens duces et inde abeuntes ubi castra posuerant 4to
narratur quod positis castris propinquis. cum iam miscerant
in simul cum cesari petreius occidit Cesarienses quos in suis
castris invenit 7to inde fugientem petreium et affranium
Cesar inclusit in montibus aqua carentibus eos quod siti do-
mitos in dedicionem accepit eis concesso vita et remisso u-
su bellorum ibi secunda Hactenus armor 3a Sed pareno
4ta proximo spacio 7ta polluta nefanda prima dividitur
in partes quinque primo ponit in generali intencionem suam scilicet
quod cesar gessit bellum in extremis partibus orbis quod non
nocuit ade. sed quod victori erat magna felicitas pro-
ventura pgca in secunda particula que incipit ibi Iure pari
ponit autor duces contra quos cesar pugnaturus incerat
et ad gentes horum ducum dicens quod in hyspania erant du-
ces pro pompeio et senatu petreius et affranius simul
habentes exercitum qui convenerat ut unus una die impera-
ret et alter altera et erant non solum legiones et gentes
italice sed et hyspani scilicet astures vectones et celtiberi In
3a parte que incipit ibi Colle tumet describit castrorum situm
in hunc modum. Civitas dicta hylerda posita est super
quodam colle non longe ab ea fluit Sicoris fluvius inter

inter quem petreius et affranius in quadam rupe castra posu:
erant Cesar ex alia parte fluvii in quodam monte posuit
castra sua. ultra que erat extensa planities et in fine
planiciei est cinga fluvius fluens in hiberum. In se
cunda parte que incipit prima dies ponitur quod actum est
locatis castris. sed quia in principio abstinuerunt a bello. fe
cerunt quandam reassignacionem inter se exercitus. adveniente
sero premisit acies quasdam post quas fecit fossam qua ca:
stra circumdedit hostibus appropinquans. In 2a que incipit
ibi lux nova ponitur ~~ad~~ certamen propter quendam occu
pandum montem et dicit quod facto die precepit Cesar suis
ut caperent quendam montem qui erat inter castra cesaris et
Ilerdam. ~~Tunc~~ hostes videntes sibi non parvum periculum
imminere si dictus mons a cesare caperetur priorem
montem ceperunt cum facile fuisset eis. At cesarienses ut
montem caperent per loca ardua ascendentes se ruendi pe:
riculo exponebant. dum re non perfecta redeunt. hii qui
erant in montibus facultatem habuerunt se in castra
recipiendi extremis oris hyspaniam signat que in occide
nte est monimenta mutacionis iure pari potestate equali. e:
quas vices vel tantum comparet alter quantum et alter tutela
valli castrorum intecta perunxit alterno custodia nunc sub
Astur vectones Celti
signis unius nunc alterius acies latas. quas constat
fuisse quinque legiones secundum lucium florum astur po:
pulus sollicitus vectones gentes expedite in cursibus agen
dis Celti fuerunt populi gallie qui venientes ad fluvi
um hiberum ibi consederunt et vocati sunt Celtiberi par:
tem enim antiqui nominis retinuerunt et partem de novo sum:
pserunt ab hiberis inter fluvium hiberum habitantibus. Unde
Celtiberi nomen compositum Et hoc dicit miscentes nomen hi:
beris. quando dicit colle tumet surgit non multum altum
In cuius summo est planum spacium leni cum in plano. et hic
habet primam longam lenis, non gravis et hic habet
primam brevem. in hoc monte dicit sitam Ilerdam non
ultimo non parvus et inde pons amplectitur transsumptive
verbum et ponitur descripcio huius pontis. quia intelligendum
est cum teneretur a ~~pompeio~~ petreio et affranio sicut Ilerda
hibernas hiemales que magne solent esse effusa exten:
sa vix oculo prendente modum quantum oculus poterat in:
tuitu que rem discernat a re modum autem vocat men
suram. qui praestat terris aufert tibi nomen hiberus dicit quod
ille fluvius hiberus dat nomen terre. quia illa terra voca:
tur hiberia a fluvio. sed aufert nomen cinge fluvio. quia

unde fluvius in maiorem ingrediens nomen amittit Expo
suit manifestavit voces ducum et signa mota i multa
voluerunt vide qui aderant vel aberant pudor arma In pri
cipio sunt verecundati pugnare prono iam licet apte dicat
autor quod acie premissa stantibus post eam fossoribus castra
hostibus posuit magis propinqua ffrontinus tamen sic dicit
Cesar adversus affranium copias eduxit et recipiendi se sine
periculo ptatem non haberet sic constiterat primo in secunda
acie fuctim atque adopere applicita .xv. pedum fossam fecit
intra quam sub occasum solis armati se milites receperunt
obduxit contraduxit preter antestat luce nova die sequenti
Et loquitur secundum eos qui dixerunt de novo solem cum di
e generari dirimebat dividebat hilerdam a castris cesaris
terror et pu. i. in h. Si hostes haberent illum montem affra
nij non potuissent hii libere commeatus . ideo terror quia
illis puta affranijs erat facile capere illum montem Cesari vero
difficile ideo pudor ut patet per ea que autor dicit . his loci
ipse his diebus fecerunt et Et sequitur acies supina retroflexa
s. quando facies elevatur versus celum casura exigitur umbo
ne sequentes caderent retrorsum nisi qui scutis sequentium reti: "erat ante
nerentur nulli telum vibrare vaca b du la retinetur telis
ad firmandum gressus suos non ad vibrandum i iaciendum cum
hostes stirpes arbustulas quando designat arborem sed femi
ninum hic stirps . i progenies scopulos saxa aspera hoste re
licto quia descendebant . et lapsura futurum erat ut laberent
et ruerent ruina si pompeiani in eos saxa coicerent . quia
descendentibus paratius erit cadere quam ascendentibus et iubet
c.f.b. iubet ex alia parte suos milites invadere pompeianos
ut sui possent regredi urgente cogente irritus quia non perfe
cit intentum . s. ut montem caperet . Victor affranius re
cendit penam dampnum quia substinuit in congressu militum
cesaris . Subducto producto marte i militibus martem agen
tibus ut ponatur causa pro effectu . Super hoc aliquibusdam
ffrontinus dissentit sic dicens cum utriusque partis plurimum
interesset colles proximos occupare id quod propter saxorum aspe
ritatem esset difficile tamen hilerda Cesar repetiturus re
tro agmen ordinavit copia fuerunt fide extimacioni . deinde
mox per brevissimum spacium exiguo circuitu flexit repente ad
montes occupandos et prehendebant affranij velut castris cap
tis effuso cursu eos montes petere quod futurum cum di
minasset cesar inordinatus est ad ortus

N Ecdum armorum Hec pars in qua narratur sup.

veniens pluvia dividitur in quatuor partes primo describit hyemem
siccam · 2° ver pluviosum 3° solutas nivas · 4° effectum ex
hac pluvia consequentem ibi 2a Sed pagani 3a Iam ex pinene
4a Iam naufraga · Hec quarta pars dividitur primo dicit
castra lesa ab aqua · 2° famem supervenientem · 3° comparat
habitacionem hanc loco zone inhabitabilis · 4° auctor facit quandam
deprecacionem ad deos ibi secunda Nos precarium ibi 3a Sic mundi 4a
Sic o summe · Sententia prime partis est quod hactenus usque adhuc
discrimina pericula bellorum sed cetera fata i eventus prosperi
infelices fuerunt ex aeris varietate · Nam bruma i hyemis tempus
fuit siccum et gelidum nulle que pluvie fuerunt sed nubes in
montanis · premit in planicie et tota terra occidentalis arida
aeris severitate durante Rigido qui frigus facit hominibus rigidis
siccis aquilonibus ventus est aquilo septentrionalis inducens
severitatem · unde Ovidius Metamor · aquilonem clausit in
antris · Et quecumque fugant inductas flamina nubes · Et here
constricto aere depresso qui nubes facit · unde virgilius in
nubem cogitur aer · Tenebat ne pluvie a nubibus fluerent
herebant propter frigiditatem pruine · Non duratura conspecto
sole statim pruine resolvuntur adveniente sole propter suam sub
tilitatem Hiberno hyemali in hac parte · Sed postquam veris
dicit quod adveniente die post equinoccium in prima luna que
secuta est cessavit Boreas et supervenit eurus qui ventus
orientalis induxit unde nubes in occidentem ibi que congreste
solvuntur in pluvias adeo magnas quod flumina videbantur
extingui · Portitor veris Arietem intelligit qui fingitur por
tasse frixum et Ellem Rex quidem altamas mortua uxore
sua nephila aliam duxit · scilicet monem que arto odio inter se
et privignos frixum et hellem corruptis agricolis atque sa:
cerdotibus ab illis seminari fecit fermenta Regalibus aeris
Sacerdotibus vero dicere fecit ut illi peterentur a diis ut fieret ex
eis sacrificium · quod cum illi revelante matre defuncta cognoscerent
fugerunt ad regionem aliam Et cum venissent ad mare appa
ruit illis aries super quem cum tezauro ascendentes mare
transibant · Helles retro aspiciens cecidit et ibi mersa nomen de:
dit ut hellespontus vocaretur · Hec helles in fidibus celestis dicitur
cum mersa esset · Similiter aries postquam frixum in insulam colcos
deportavit in celum translatus aries dicitur · veritas quidem fa:
bule dicitur fuisse quod matre illis tezaurum diminiscerat quem
navi que arietis figuram habebat · portaverunt iram fu
gientes patris et noverce · Sed helles fuit pereuntis dum re
diret ad precium in mari periit · ideo fingitur quod retro aspiciens

IIII

perisset que quia acta sunt eo tempore quo illa sidera o
rentur · sideribus illorum nomina imposita sunt · Geminis dicitur quia
cum sol ad illud signum accedit incipit tempus veris Helles
geminum casum cum sidus non longe ab ariete distat Dies
vires noctis temporibus cum bis in anno dies et noctes equan
tur · scilicet in libra et ariete primum est in mense septembris
secundum in mense marcij ideo dixit iterum ad pondera
secundum pondera iuste libre que fugitur cum blandis equalibus
al' iuitur iuste libre Cinthia luna sic dicta a monte
in quo colebatur · sic apollo dicitur cintius sole relicto luna
sole coniuncta a nobis non videtur · a quo seperari cum in
cipit · incipit videri Extinxit boream ventum qui prius
flabat inducens serenitatem tamen quo primo dubitanda
refulsit · cum primo redit nova sed dixit dubitanda quia
licet eius color de futura qualitate temporis pronunciet
tamen dubitabile est · scilicet est ut homines indicant · de hoc na
que regule tradite sunt in pluribus vi sed non semper acc
pit flammas ab euro rubicunda fiunt quod est signum
ventorum unde virgilius · ventis semper rubet aurea fe
be · ille · scilicet eurus tarsit in occidum ubi hispania est · qua
stringit nubes invenit in axe suo in parte orientali a
quo venit eurus ut dicitur in versu Eurus subsolanus voltur
nus · eurus · eoi · Nabatheis orientalibus · Et tarsit eas
quas sentit arabs populus arabie tellus gangetica ubi
fluit ganges fluvius orientalis Nam ut dicit ysidorus
hic fluvius ganges dictus a rege gangarone · quem fluvi
um vocat sacra scriptura phison · miro modo exalat super terram
orientis et in ea rumpit tantisper Brumis sol patitur
tempore frigoris nebulas terrae · quia non potest eas resolvere
per modicum calorem · et tersit quicquid intulerat chorus
ventus septentrionis · qui inducit nubes in orientem ideo
dicit fuscatur · id est obscuratur eoi celi · de quo dicit versus
Sed veniunt aquilo boreas chorus ab austro defenderat indos
cum india extimis mensibus calore solis frequentis inviat
nebule vel nubes ei dant aliquam temperiem pluviis aut
imbribus ideo sequitur nubes remote oriente incude diem
id est calorem propter absentiam sui nec medio non steterunt
in parte meridionali sed rapuere nubes fuge est yperbole
quasi dicat tanta velocitate transierunt ad occidentem quod non
nubes in pluvias cumulesse illuc ierunt arctos septentrio
vacat ab imbribus id est cessat a pluviis. Et notus id est meri
dies unde notus venit · vacat hinc · acre fluit hundus in

in solam calpem plure sunt salum in hyspania ubi calpe
mons est ubi erant fines zephirei. Et ubi summo tarde olim-
pi tenet celum secundum apparenciam Nam celum et mare
contigua videntur. dicit ergo quod nubes non potuerunt plus ire
quia ibi celum mari coniunctum ~~est~~ non permittebat. vocatur
autem tardines celi extreme partes. et est zephirus ventus occi-
dentis unde illud Circumus occassum zephirus quod favonius afflant
unde ibi est finis occidentis ubi zephirus ulterius non spirat
vetite transcendere involvere glo. cum non possent ulterius ire in
se ipsos glomerate sunt spacium quod se. terram ab ethere aere
intelligit qui est in medio celi et terre recipit capit comestum
congregatorum atri aeris nubium nubes presse polo aut per
similitudinem loquitur quia humida pressa liquorem emittit
ut misterio aeris pressi ubi generatur ab eius frigiditate illuc
ascendentibus vaporibus hinc imp com. aera gi. arcus vix v.
var. lu colorem propter nubium densitatem arcus non habebat so-
litos colores nec in modum semicirculi apparebat ut solet
dici quod portabat aquam ex mari ad nubes a quibus plu-
vie fundebantur. Et loquitur secundum rudes gentes qui sic
putant Iam quod pirene volens auctor ostendere tempus valde
humidum et pluviale dicit in hac parte ~~nec~~ nives solutas
esse quas sol non poterat solvere Et quod glacies in modum
saxi durata liquefacta est Et ab istam liquefactionem gla-
ciei et nivis una cum pluvia flumina ita creverunt
quod extra alveos fusa aquis omnia explebantur. prosequitur illa
parte Iam naufraga campo ubi dicit quod arma exercitus Cesaris
ab aqua capta natabant ascendebat quod aqua usque ad ensis ca-
stra. qui autem iverant frumentatum decepti sunt errore
itinerum aqua tectarum. unde sequitur fames et inopia cum cre-
atus omnia quod absorbentur ab aquis et etiam equi et similiter
nec est dissimilitudo inter diem et noctem. Ubi hic mundi compa-
rat istum locum zone inhabitabili ubi est obscuritas et fri-
gus perpetuo ibi Sic o summe deprecatur Iovem ut perpe-
tuas pluvias fundat. Neptunum ut non permittat amnes in-
trare in mare. Et plutonem ut terra tremente nova flumina
exeant ab ea ad hoc ut terre auferantur valentibus pugna-
re civili bello naufra. more eorum qui paciuntur naufra-
gium arma instrumenta quibuscumque in bellis utuntur ho-
mines. castra labant castrorum edificia vacillant impulsa
aqua f. restagnant inondat vallo ad vallum raptus pe-
no fa. non erat facile rapere pecora ad comestionem ut
faciunt qui depredantur fulci non ferunt nec erat facile
rapere ea que in agris sunt ut herbe et alia pabula

IIII

cum omnia aquis tegerentur. Iam fames ipsa que in principio
habetur non enim durauerat adhuc et sic erat in principio
magnorum malorum, quando committuntur magna mala. vel quia
est ita magnum malum ipsa fames quod est comes i. pars magno-
rum malorum. vel prima magnorum malorum quia est super
alia omnia mala. non prodigus miles qui non solebat esse pro-
digus quia et sic faciendo imputabatur sibi si tanto censu
suo modicum panis emat. proh indignantis interiectio. et spec-
tat ad hoc quia mirabile uidetur quod inueniatur dominus
venditor rei. qua carens ipse periturus est. et hoc cupiditate
lucri. Obruit fluuios vi palagi. fluuia namque paludem condi-
derunt vel condidit pro abscondit. et tunc exponit dicens vasta
voragine illa flumina missa sunt in paludem que omnia
vorabat quia hic uideretur palus. tamen aqua currebat
cum magna uiolentia. rumpendo montes et tecta ferarum i. sil-
uas et aufert ipsas s. feras equos stabulis. vertex pars capi-
tis et morbus capitis. qui uidetur alicui quod omnia girentur
sic contingit rotatis in girum. unde equi hoc passi
ubi mersi sunt. et uertex est uolubilitas contingens ex re-
to vel alia re et ab hac intelligi potest eos mersos esse. legi-
tur in aquas repulit. estus occeani repulit illos. unde solet
dormire comminus. Nox subita polo obscuritas que sub celo erat
et ratione noctis et obscuritatis nubium. non sentit sinegro phe-
qua non potuit lux discernunt diuisiones diei et noctis
sunt uicte quia maior fuit obscuritas nubium obscuritate
noctis. sic mundi comparatio hec quod erat tenebrosus hic
aer. sicut est in zona inhabitabili propter frigus. unde sci-
endum quod dicunt quinque zonas esse in celo totidem in terra eis cor-
respondentes quarum ea que est media est inhabitabilis pro-
pter calorem. due uero extreme ad quas sol non appropin-
quat sunt inhabitabiles propter frigus perpetuum. alie due
que sunt inter extremas et mediam sunt temperate et habi-
tabiles ut virgilius et ouidius docent. Nunc de utraque
extrema potest auctor intelligere uideri potest. hanc dicit premi hi-
eme perpetua atque niue nec uidere sidera propter nubes
et pluuias nec quicquid generari. sed eius frigus esse utile
ad temperiem medie zone dicit. cum inter caliditatem et frigiditatem
sit temperamentum. Summe pater summus deorum putabatur
Iupiter in ystalia secunda sorte ibi fratres tres Iupiter Ne-
ptunus et pluto habuerunt tales partes s. Iupiter primam
et optimam que est celum. Neptunus aquam que fuit
secunda pars. Tertiam partem habuit pluto que fuit terra
quod non est aliud nisi quia Iupiter est ignis et aer que sub-

de zonis celi et terre

tridens / neptuni

elementa nobiliora. Neptunus est aqua que non est ita nobile
elementum ut ante dicta. Rector equorei tridentis. Fingitur Ne-
ptunus habere tridentem propter triplicem aque naturam. est enim
labilis. nabilis. et liquida. vel purgativa sordium. sedativa
sitis. madefactiva terre. ad fructus producendos. Et tu Iupiter
cuius est pluere quod fingitur quia ab aere est pluvia. tu
remeare. de Neptuno dicit, id est de mari impellente fluctus tamen
fluvia ipsa repelluntur retro concussa quod tellus que facit terre
motus. que et neptuno attribuuntur quia terre proxime ma-
ri sepe tali peste vexantur. Rhenus fluvius gallie sic et
Rodanus quos precatur ut campos inondant optat et au-
tor ut nives Rephey montis qui dicitur esse in fine germanie
ubi sunt nives immense altitudinis. hinc fluant. Deinde precatur
de stagnis et lacubus terras immersas que fuerant homines
miseros propter bellum civile / sed parvo contenta. Hec est illa
pars in qua narratur quod Cesar discedentibus inscitus est ho-
stes et tenet talem modum. primo ponit quod ad fortunam Ce-
saris pluvia cessavit secundo ponitur navigatio facta per flu-
vium cum quadam similitudine. 3o quod remedium Cesar pro-
vidit nequid tale contingat quod passus est. 4to hostes
discedunt. 5to eos Cesar insequitur ibi 2a utque habuit ripas. 3a
his rationibus transuecta. 4a prospiciunt. 5ta Nudatos. Dicit
in prima quod fortuna contenta hunc timorem Cesari intuli-
sse ad eum cum solita prosperitate rediuit et dei meruerunt
veniam quia ipsi timorem magis solito prestiterunt
quod autor ironice locutus est. 2o cum iam sol ad nubes
repellendas fortis serenitatem reduceret ab eminentioribus locis
ut plenis et montibus iam aqua descenderat et demum in
vallibus iam rarior aer erat et hoc est serenitas sicut ex va-
poribus aer densatus est nubibus. par phebus aquis vel erat ita
potens / ut sufficeret ad vapores resolvendos / in vellera. in flensa que
figuram velleris lane imitantur. Siccato loca rerum. locus gravi-
um non est siccatus sed inferius. non aqua de corporibus gra-
vibus est. tunc ergo serenantur loca cum descendit. Emergere.
secundum apparentiam locutus est. Nam non videtur aqua descen-
dere. sed res exire de aqua que sub ea fuerunt cum illa desce-
ssit. die. sole qui diem facit. utque habuit ripas. dicit in
hac parte quod postquam Sicoris in alveum suum reductus est fi-
unt statim navicule quibus per amnem navigaretur. Dicunt fa-
tum veneti inondante pado. Et Britanni oceano inundan-
te super terras eorum. salix cana. cuius folia ex una parte
alba sunt. texitur. fiunt navicule ex viminibus intextis. indu-
cta cesso iuvenco. cooperta corio bovis. enatat. fluitat
super amnem tumidum. adire aquis super habundantem sta-

IIII

gnante inundante · superfunditur aut in agros sive in villas ve
netorum padus fluvius de quo dictum est Britannicus de hoc
et ibi dictum est · sic cum tenet omnia Nilus Et de hoc agitur
in nono · papiro Juncto bibula spongiosa menfitis opidi · In
hac parte His ratibus dicit quod his navibus transito fluvio
pontem faciunt · Et dividunt fluvium in multas partes nequid ta-
le contingat amplius propter inundacionem fluminis utrimque extra
quia parte circumdare tede in cineream ducere ut detur intelligi po-
tem fecisse · quod postea declarat explicite · extensum pontem fecit
in agros · ut si quando habundaret aqua ultra montis non au-
fferetur Dat sustinet penas maioris aque quia minus exer-
cerat · penam diminucionis patitur / Ibi Post hec omnia dicit quod
Petreius fortunam Cesaris videns prosperam non confidens po-
pulis inter quos erat · intendebat ire in remotos populos qui indo-
miti homines sunt · et bellorum avidi Et ideo agros itinens ab
Hylerda discedit fatis fortuna et felicitate Et ut ondat qui
essent hii populi dicit tendit in ultima mundi quia extrema hi-
spania est in ultimo occidentis / Ibi Nudas Cesar dicit autor
animadvertens hostium propositum · iubet suos milites transire flu-
vium · cum precepto parentur vadunt quod homines sui milites ut
insequantur hostes per iter · per quod ire timuissent ab hostibus
fugientes sed madefacti et frigefacti quia non transiverunt
navibus sed natando · resumitur labore priori demum talo
re solis · post modicum quod tempus Jam appropinquabat extre
mo inimicorum agmini · Inimici vero erant in dubio · an pu
gnare deberent an fuge Nudas agere afranium deverterat · nec
querere pontem nec vada ut non impedirentur ad transeundum
dicitur aut vadum a vado dicitur quia per ipsum vaditur vero vadi
potest superare fluvium duceus lacertis natatu transire quia
confidebat maiorem esse vim militum quam sit impetus flu-
vii uda madida fovent calefaciunt fervente surgente die per sole
summa ultima postea cum dicit attollunt · dicit esse duos
montes quorum in media convalle sunt vie aspere · quas
si affranii potiti fuerant ire poterant ad incerta loca quare
Cesar precepit suis ut preciderent fugientes hostes · quod ut
~~ut~~ melius possint facere dicit ut sine ordine vadant turbe
Cesareani parentes edicto Cesaris precedunt hostes tenden
tes in ~~medio~~ montem ubi ubique in certis locis castrame-
tati sunt gemine rupes attollunt in altum levat campo super
campum · scilicet planiciem iuga saxea montes saxosas media
valle existente cava tellus ardua alta continuat colles

colles facit colles continuos · int' quos vie fuere anfractu propt'
ambo duces mutua admiratione defixi postquam de pace non con-
venere pugna committitur. In qua nec melius instruere potuisse aciem
nec acrius potuisse pugnari, Scipio de Anibale, Anibal de Sci-
pionis exercitu predicavit. Cessit Anibal victus et victa Kartha-
gine atque Affrica. Scipio victor Romam cum ingenti triumpho
rediit cognomina Affricanum. Hostem per cuius Anibalem Affrica-
num non fausta non felicia videlicet opera dedit ad muni-
tam castrorum abstulit autem felicitatem quam ante habuerant
ista pars omnis Romanis. Dividitur primo narratur Vari potestas
secundo Iube regnum quibus ad terminos suos describitur
3o populi qui bello interfuerunt. 4o narratur specialiter odium quod
Iuba hoc bellum gerebat. 5to timor Curionis et causa
timoris ibi secunda Non fusior 3a populi tot 4ta nec solum
7ta Hac igitur regis In prima parte dicit quod ea pars Affri-
ce que Romanorum erat sub potestate Vari tunc erat, qui licet
haberet plurimas vires gentis Italice, tamen Iube auxilia po-
stulans ipsa impetravit. Dicit in secunda parte quod longe re-
gnum Iube extenditur ab occidente usque ad Atlanticum montem
a meridie usque ad templum Iovis Hammonis et usque ad occea-
num et torridam zonam. In quarta parte dicit quod ibi populi
erant in castris Iube s. Autololes. Numide. Getuli. Mauri
Nasamones. Garamantes. Marmaride. Mazaces. Massili
et Affri. In quinta parte narrat quod Iuba non solum arma
civilia sequebatur amore Pompei et Senatus verum etiam quod
privato odio in Curionem. Curio namque tribunus temptaverat
regno regem Iubam privare. Propter quod in ultionem rex ipse
exardebat. In sexta parte dicit quod Curio audiens Iubam in ar-
mis esse valde timuit. Causa timoris triplex erat prima quia isti
milites s. adiuncti regis. secunda quia legiones quas
secum Curio habebat non diligebant Cesaris partem. Ista
enim gens fuerat in Corfinio capta. de qua supra dictum est
Tercia causa erat quia isti milites non habuerant adhuc lon-
gum usum in re militari. Et sic in pugna experti non erant.
Longitudo enim temporis experienciam facit. nec etiam erant
experti in pugnando apud regnum ubi sunt boni milites
Quis iure Vari tunc Senatus concesserat Regimen earum partium
que Romane dicioni subiecte erant extrema regna in extre-
mis partibus meridiei. Sunt Iubam propterea Regem non
fusior non latior longissima regna in longum extensa. Longi-
tudo autem regionis ab occidente in oriens. quod bene autor
autor tangit.. sicut latitudo a septentrione in meridiem et
econtrario. Atlas vicinus Gadibus terminat ab circiu
occiduo ea parte qua sunt regna longissima. s. Hammon est
finibus Sirtibus terminat a medio at pro sed terre Iube. distinet
longe tenet per in palagum in occeanus terram tenet in terminat

IIII

qua parte tenet secunda plaga i. calida regio vasti regni. Exusta
zone calentis sufficiunt i. ministrant spatia loca spaciosa et
solitudines non regna vel civitates. Ea namque pars que dicitur tor-
rida zona nimio calore inhabitabilis est. Legitur tamen spacio
et quasi idem est sensus Numide vagi. Post mortem Herculis in
hyspania cum exercitus variis gentibus compositus amisso duce passim
sibi ~~sedem~~ sedem quereret. Ideo quod Medi Armeni et Perse
navibus Affricam transvecti proxima loca maris occupaverunt
Sed Perse dum materiam pro construendis edificiis non inve-
nissent. ignari quod essent lingue gentium eius regionis per di-
versas regiones et solitudines vagabantur. Et a populatio-
nibus vagabundis se Numidas appellavere quod lingua eorum
valet tantum errantes et vagi quod autor tangit. Getulus hic
populus Getuliam incolit. que est pars Affrice et dicit Hy-
sidorus ~~et~~ quod hii dicti sunt Gete. Nam ingenti agmine ab-
euntes a suis loca sedium occupaverunt in libia quia ex
gothis sunt getuli nominati. de quibus Lucanus dicit quod equos non
habent cultos more aliarum gentium non ~~ut~~ cum utuntur
sella et freno. ideo semper habent paratos equos ad equi-
tandum Maurus concolor Indo nomen habent quod calore
maurorum id est nigrorum appellatur Nasamon inops qui cum
aliis gentibus commercia tractare non curat divitias spernens
Marmaride volucres veloces ut cum feris cursum suum equent
Garamate mixto Garamante populo perusto sunt proximi gentibus Ethio-
pum qui solis vicinitate denigrati sunt Sciendum quod ab in-
do flumine consurgens gens Indie in meridiem accreverunt in loca
solis vicina ut Isidorus dicit. quorum tres fuerunt populi s. He-
sperii Garamantes et Indi de hiis Indis dixit autor Et Mau-
ro concolor Indus. Mazax populus pollens arte iaculandi adeo
ut Medos equet. Massylia gens dicta a Massylia civitate Affri-
ce que nec frenis nec sella in usum equorum utitur. sed ad
regendum equos sola virga eis est. Eos tamen constat equitandi
fuisse peritos Afer venator populus Affrice qui populus ha-
bet studium in venationibus magis quam in agricultura Ma-
mappalia palibus mapalia tabernacula sunt pastoralia. In quo innuit au-
tor quod non civilem vitam sequebantur simul postquam non
eis fiducia ferri propterea quod se ferro armare non poterant. tunc
erat solitus operire leones iratos laxis vestibus. fugam saltem
querere non valentes induebantur quibusdam vestibus ad id fa-
ctis quibus leones illudebant et non ledebantur ab eis sicut
operior i. expecto patet per Cassiodorum qui narrat in epistola quadam ho-
mines Rome cum feris luctari capto auxilio quorumdam
artificiorum. Et operior deponens pro expectare hic tamen
activum posuit pro deponenti. sed hic modus exponendi de-
fectuosus. quia operior activum valet tantum tego. non quod expecto

sed deponens operior est idem quod experto Item operior deponens
habet primam longam unde oritur Nec tardum operior et
operio activum primam brevem Est ergo dicendum operire id est
tegere dactis vestibus contra leones. ut ipsis impeditis ve-
nator tempus habeat fugiendi dabat inserebat primate quod
singulariter curionem odiebat parabat temptaverat tiranno
regi solio avorum. sede regia ter quam sui possederant
tribunicia quam tribuni conde devant. eo anno quo curio pol-
luit superos et homines. divina et humana officia polluens hominibus
dari fecit o roma dum ille facit te regnum suo studio ei
regem fecit scilicet cesarem memor doloris iniurie et quo dolor
putat hoc bellum esse fructum recenti sceptri. putat se sa-
tis consecutum quod regnum tenuit. Et si non propter solium isto
modo ut gerens bellum contra curionem deos utilitatis vi-
cundum cum fuisset per pompeium et septemum fuimus. quare in
toto hoc bello favit pompeio et sequentibus undis re-
ni qui loca proxima rem incoluerunt fuerunt equestri pu-
gna excellentes et adhuc sunt infidus dominum cesari
tradiderunt ut supra dictum est Infidus novus duci et
dub. priori. fas utrumque putat reddunt sibi parem vicem
Nam isti milites suspecti sunt cesari et pompeio. Et ipsi
sibi fas tam hunc quam illum sequi In hac parte sup-
divisa Sed postquam longa. dicit quod postquam vidit suos
timere assumpta audacia se ipsum confortavit ad pugnam susci-
piendam et loquitur secundum hoc se simplicem audaci-
am timore dissimulato. et priorem armis sumptis ven-
turum in pugnam deinde milites cum sequentes ~~facto~~ fa-
cinoris ei parati ex qua sunt: eos quos facinorosos simile gla-
diatoribus. istis dictis et instruxit aciem cum paro pugnat
Et victo eo curio usque ad hostium castra pervexit longinqua
trepida signa valli nocturna munia custodes desolata
derelicta fugientibus suis propter timorem equum sibi
et michi. vel sibi et hostibus vel equum id est iustum est quod
miles sequatur. Nam iustum est quod miles sequatur
quo imperator vadit. dum meus est. q. d. si differem
pugnam dubium esse ne miles transferet ad hostes. tunc
amplius non est meus. varium mentium varia cogitamina
ex otio surgunt. dira voluptas hostem occidendi aquo
timet occidi presso sumpto conferre comparare quibus in-
stinus induit arma. scilicet pende trutinare et examinare
campus. veluti non rectius ira cogit concurrere pares aliquos
muneribus fatalis arene et adere productos pares sic
inter milites odient eos in pugna eos in pugna quos modo
non odiunt. sic contingit de gladiatoribus. qui licet se gla- d' palestra et gladiatoribus

odio non habeant · tamen quando sunt in pugna alter necet al=
teri · quantum potest fatalis i mortalis ibi cum se occidunt mu=
neribus quibus victor remunerabatur parvis aliquis introducta
in talem locum palestre mortifere tunc eligebatur alius
equalis sibi unde Seneca ignominiam putat gladiator cum
inferiore componi fortuna blanda prospera deceptura de=
dit prosperitatem victorie ut auderet sequi pugnam · quia per=
inius sternerentur feda vili cecidit hostis et est preteritum
de cedo quod significat incido · i · cedo cecidi cesum · In hac
parte tristia sed post quam · Narratur victus Curio et divi=
ditur in sex partes · quarum in prima scribitur Iube cautela
cum quadam comparatione 2a narratur quid egit curio · in
3a fraudes hostium in 4ta defectus et lassitudo gentis Curionis
in 7ta pugna commissa in 6ta invehit et laudat Curionem
ibi secunda fraudibus 3a tunc primum 4ta abstulerunt 7ta
at vagus sexta quid nunc · Et est secundum quod historia que=
dam sic dicit de hoc facto · Curio a Sicilia cum duabus
proficiscitur legionibus · qui habita de Varo victoria obsid=
endi causa statuit · sed cum ei nunciatum esse · Iubam Regem
cum magnis copiis appropinquare · se recepit in castra au=
dit preterea ex fugis Iubam in regnum revocatum · Saburram
cum mediocribus copiis profectum premittit ergo Curio equita=
tum ad castra Saburre multis ergo captis et interfectis redeunt
milites · ad Curionem · qui dum invenirent verba captivorum
cum profugis concordare · i · regem abesse et exiguas copias
missas · iubet se sequi relictis quinque cohortibus in castris · At
Iuba cum magnis copiis sequebatur et circumvenerunt Curionem
cui suadet Gneius Domitius ut fuga salutem petat et pollice=
tur se illum non deserturum · Affirmat curio se nunquam in conspe=
ctum Cesaris venturum amisso exercitu est et preliando inter=
ficitur · cum hac historia Lucanus in omnibus non concordat
ut patet dicit Lucanus in prima parte · quod letus fuit Iube
varum victum fuisse · ut victorie gloriam ipse vendicaret
ergo occultus contra Curionem ducens exercitum · solum timet
timeri · mittit ergo Saburram prefectum suum ipse in insidiis
manet facit ergo ut mustela que occultat se ad cavernam
aspidis et umbra caude aspidem irritat ad iram · quam
de caverna exeuntem mustela infra caput comprehendit eam
ergo occidit · propter adaptacionem comparacionis · Secundum
quod mustela Iube similatur · cauda Saburre · Curio aspidi qui
in insidiis occiditur · letus est rupit videlicet dicit suam fam=
am · famam sui adventus laxasset pronotat · Saburra
simulator commissi belli · i · simulabat quod cura belli Saburre
commissa foret · qui erat secundus Numidis a Rege · quia

IIII

qua victarius Regis retentat retinet in insidiis hostis solertior
pro soleres .s. mustela ludit deludit. Nam ut dicit Seneca
ad umbram aspis exit provocat iratas. vocat ad iram. co:
sterie sic illa obliquans caput ne vidcatur. comprehendit guttu-
ra serpentis effuse in vanas auras, i. contra umbram quas
mustela cauda faciebat citra letiferam saniem citra caput
ubi maxime est venenum tuto morsu a veneno securo. Et
quia serpens non potest tunc caput reflectere ad mordendum
pestis irrita, i. vana quia non nocuit fauces fluunt morsu
mustele pereunte veneno serpentis pereuntis. In hac parte
fraudibus eventum c. dicit quod fortuna dedit fraudes affro
rum et quod curio non satis diligenter vires hostium explorat
Sed nocte premisso equitatu. ipse in ortu aurore subsequitur
frustra ergo vagatus fuit ut libicas timeret insidias aciem eius
ducebat per aspera loca. auctor et persuasor belli civilis
eo perituris in brevi fraudes libicas bonum consilium dedit
ei. quia fraude perit virtus auctore Statio. Deinde subiungit
quia inimice erant fraudes. Nam affri dicti vere fallaces
fraudibus semper utuntur Et maxime in bellis Iuvenem Curio
nem Lege propinqui mittebat cum fortuna ad propinquam
mortem. Ibi tunc procul dicit quod Romani prospexerunt
hostes in quibusdam collibus. qui simulantes fugam ceperunt
cedere quod Curio videns et volens fugientes insequi descen
dit in planiciem quandam Tunc affri ex insidiis exeun
tes circumstantes montes implent et curionis agmen cir
cumdant. In illa parte obstupuit Narratur quod Curio et
eius gentes adeo stupefactus est, i. mente et sensu alienati, quod
qui timidi erant non de fuga. qui vero fortes et animosi non
de prelio cogitabant equi vero animo fessi erant. Et ponit
signa lassorum equorum. cum enim equi sono tubarum sole-
ant gaudere. non motus est sonipes clangore sonitu tubarum.
nec quatit saxa pulsu pedum, i. non percutit saxa pedibus
Et non terens frena frigidos frenos per ypallagen, i. non terit
frenos vexantes ora iuxta illud Virgilii mandit quod ferox sp:
umantia lora Et non spargit iubas pilos colli subrigit
i. sursum levat aures Et non pugnat stare motu tumul-
tu pedum signum boni equi ut Virgilius dicit. non manet
firmus sed pedibus terram percutit cum contrarium est fa-
ciant Nam non pugnat pro repugnat stare. Et licet tumul-
tus dicatur quasi timor multus, i. rumor populi hic
tamen ponitur pro strepitu pedum. quem dicit mortuum
i. nimis vix cervix dat lassitudine collum inclinat et omnes
artus sudant ora arentia sicca squalentia aspera sunt
lingua proiecta extracta quod est signum sitis in brutis rau
cant pectore sonante more gementium ipsis quod fessi anhelitu

respirantibus videntur attrahi ilia defecta i lassa spumam ruta duc
estit luptatis i scrnis sanguineis · ora exasperat sanguinem emit:
tur · Iam illi coacti verberibus et stimulis i stimulosis et solli
citantibus verberibus · nec quamvis ^cesit iussi calcaribus addunt gra
dum i nō moventur velocius eques cogitur vulneribus · si
aliqualr moveantur cogitur passionibus qualia sunt vulne
ra cornipedis dextrarii qui cornuos i magnos habens pedes
nō pōsuit rupisse moras nō fuit utile eis facere equos moveri
quia nō fuit illis impetuosus incursus contra hostes · s· quia
nō incurrunt velocit' contra eos sed proferitur longe feritur
ad hos non propinquos eis subito equo sequebatur · ut
initiaret spacium quo affri romanis poterant nocere missi
libus illos vulnerantes Et hoc est oblato vulnere offerebant
cuz se vulnerandos tarde currus · In illa parte at vagus
affer dicit quod affrus in campum cum equis suis descende:
tibus de montibus tota terra ipsa est treme · Et pulvis
insurgens totum aerem more nubis cooperuit ut nō maior
insurgat Bistonio turbine i in bistonia que est pars tra:
cie unde flat boreas ut vero fatū instabile belli i
fortuna letifera venit contra pedites romanos nō erat
incertus circuitus pugne · sed mors tenuit tempora pugne i pu
gna non fuit in contendendo de victoria sed tantum du:
ravit quamdiu isti possent occidi · nec romani agebant contra
affros · sed iuventus septa i circumdata obruitur i sternitur
hastis obliquis cominus i de propinquo Et obruitur hastis
rectis eminus i a longe · dum cuz erant longo iaciebant
hastas · que iacte in altum · cadebant pōsita in rectum sup hos
cum vō erant prope percutiebant hastis sicut tenentur quas
vocat obliquas nec solum periebant romani vulneribus ve:
rum et pondere multitudinis iactarum hastarum · accidebat
insuper aliud quod magna acies parvum locum occupabat · se
timore constringens · qui aut in medio acieі erant vix cla:
de' poterant ne a suorum gladiis lederentur · tantū cogitur densatur
i stringitur acies quatinus primi potuerunt per uno pe
de retrocede' quasi uno passu Et hoc dicit ibi pede vala
to · propt' quod nec arma move' poterant Et conterunt
sc̄pas armis · nec morientes cadunt cum cadendi locus nō
esset In medio agmine · unde affri non videbant quid
mali isti paterentur · possunt · ergo gaude' ante eorum
qui bellis punicis perierunt per romanos Et potest
gaudere Anibal cruentus quia se ipsum occidit Et
quia vir erat qui sanguinis effusione gaudebat Et dicit manis

bystonia

IIII

inferijs i· magis sacrificijs que pro defunctis fiebant piacula vocat piacula
purgationes manes peni animas afflictorum · Et addit autor quod
nefas fuit ut pompeio talis victoria profuisset immo · sena:
tus optabat ut cesar potius vinceret afficitanos Et ponit affri
canos breviori in penultima · quod tamen naturaliter longum
est · de curione autem dicit quod postquam vidit se cum multa strage
exercitum amisisse · se ipsum fortiter occidens latuit in strage eo-
rum suorum Ista pars quid nunc tibi dividitur in duas partes
primo dicit autor contra curionem quem laudat et excusabat
ipsum 2a ibi at tibi non dicit in prima quod curioni nil
prodest turbasse forum romanum et senatum Et induxisse
socerum et generum ad pugnam cum suis vel fuerit ciam
bellum civile · sed accidit isti quod alijs potentibus solet accidere
s· quod raro nisi ferro moriuntur · Unde roma esset ꝯ bea:
ta si dei haberent tam curam defendende libertatis quam
habent in vindicando eam et dolendi eius destructiones · Etc
enim Curio nunc nobilitate potentia quod prosperitas sepulcro
carens abiit est animus vestra forum quod idem dicit plebeius
signifer vexillifer populi et tribunus dabas arma offi:
cia armorum arce eburnea antequam tribuni habebant
prodita iura senatus · hic de senatoribus erat · sed ab eis
dissentiens · cesari favit vos potentes datis ferre misere
urbi den. sim. has penas mors animi. urbis est pena
In hac parte at tibi nos dicit quod hic iuvenis multa lau:
de dignus erat · nec in alio roma plus spei habebat et qui
plus iuris esset amator · sed ei corrupta tempora nocuerunt
pestilentia rectam mentem corruptus quia fuit auro cesaris
ad hanc turbationem in rem publicam inducendam Et licet mag-
na fuisse marij sille cinne potentia in occidendo · domus
tamen cesarea maiorem habuit potestatem · Nam concessum est ei
omnes emere curionem vendentem urbem i· urbanos ei munera
cesaris conferendo Nos causa humilitatis unius de se lo:
quens dicebat nos antiquitus intelligit aut de se et alijs po
etis quibus fama repellit senium cui semper vivunt in
memoria gentium · et fama peritura laudes indole est indo: Indoles
les futurae bonitatis iudicium Et nobilitas dicitur indoles recta
sequeretur quia recte sequebatur leges obligate erant ei tamquam
a quo beneficium grande susceperint secula prodita corrupta
tempora ambitus superfluum desiderium luxus superfluitas
ciborum potus vestium et omnium que ad vitam requiruntur fa
cultas potentia metuenda divites timentur cum divitijs
multa possint vel timenda quia corrumpit mores nimia
divitiarum copia · unde oratius · stultitiam patiuntur opes

dubiam dubitant in pauperitatem inade torrentis torrentibus vocatur fluvius qui fit ex pluviis. / non enim recta via transiso. quasi dicat ductus fuit ad modum torrentis non currentis recte tam viam momento mutato spoliis gallorum a gallis acceptis in singulos in occasiones. horum historia supra patet cui tanta potestas. s. ut possit homines cives et maxime romanos et idem fecerunt successores et posteri sui ut octavianus et tiberius et alii ideo dicit dominus etc.

Quintus

Sic alterna duces In hoc quinto capitulo seu quinto libro ipsius lucani continentur capitula sex propter primo secundum quod consules convocant senatores in epirum opidum ibi quod pompeium ducem ad hoc bellum gerendum diversis quod regibus et terris beneficia merita conferuntur et hoc narratur usque ad illud locum Iam turba soluta. deinde appius appollinem consuluit quid peccatum esset agendum. Et de hoc loco apollinis dabantur responsa multa narrantur Et hoc durat usque ad illum locum Intra dominus pacifactus est militaris tumultus contra cesarem a suis. Et eius tumultus puniuntur auctores Et hoc narratur usque ibi Ipse petit trepidam ubi postea misso exercitu brundusium / venit romam et accepit omne officium et dignitatem Et hoc usque ibi Inde rapit. deinde cesari reversus ad suos navigat non obstante hyeme venit quod ad locum ubi pompeius erat Et hoc usque ibi Cesaris attonitam pugnasset cum cesar cum pompeio tunc. nisi quod antonius cum parte gentis aberat. quem postquam cesar evocatum venire non videbat ipse solus ad eum parat adire sed tempestate repulsus est antonius tamen venit Et hoc narratur usque ibi undique collatis ubi narratur quod pompeius videns parari pugnam uxorem suam misit in lesbon ubi dum bellum gereretur residentiam faceret ... Prima pars dividitur in quinque partes primo ponitur dictorum repetitio. secundo scribitur tempus et locus ad quem romani patricii convocantur 3o subiungitur oratio lentuli suadentis ut pompeius eligatur in ducem / quarto narratur quod cuncti consenciunt de pompeio gaudentes quod eum fore ducem. quinto fuit multa dona regibus et animos Secunda ibi Iam sparserat 3a ut primum quarta leto nomine quinta tum in populo. dicit in / Prima quod fortuna adversa servavit hos duces pares passos alterna vel una. quia alter tantum recepit quantum egit. Nam curio et vulteius duces cesareani victi sunt et mortui. Ex parte vero pompei affranius cum petreio et marssilia victi erant In terras macedum dicit quod pompeiani in terra macedonie dum hec gesta sunt

V

Ubi iam sparserat dicit quod iam stante yeme et advenientibus kalen:
dis Januarii Consules convocat Senatores in epirum ad parla:
mentum secretum in quibus actis patuit . et hec non erat pom:
pei pars . Sed pompeius erat in parte ista Bruma tempus ye:
mis dictum sic a brevitate dierum hemo montem . atlantis
patronomicum femininum iii casus .i. stella atlantis que dicitur
pleyas et est prope taurum cadens occidens et iste atlan:
tides stelle uno tempore oriuntur et yeme vel autumno occidunt
a duobus ergo tempus yemis describit et a brevitate dierum
et ab occasu stelle Instabat dies kalende Januarii prope erant
nova nomina fastis i annalibus libris qui colit Janum ducen:
tem tempora . quia est principium anni . Ideo est dux tempo:
rum cuius causam ponit ovidius in libro fastorum dicens . primi:
pium capiunt phebus et annus idem . vult enim quod sol in kalendis
Januarii incipiat ad nos redire . quod similiter aliud est quia incipit
circa medium mensis decembris . quod patet per augmentum die:
rum . hoc contingit propter errorem nostri computi dicit colit quia
mensium principia celebrantur unde dicuntur kalende quasi colende
unde ovidius salve festa dies melior que revertere semper Jur:
is ultimi completi officii patres senatores innumera officia
bellica elicit ad se trahit epirum in epirum quam dicit
autor sedem perditam . comparatione provinciam ibi existentium vel
respectu romane sedis seu capitolii . secretas digna consilium
Ubi ut primum inest . Sic loquitur lentulus qui erat alter ex
consulibus veteribus . si solita fortitudo animis nostris adest non
respicientes quam procul a patria . nec in qua patria sitis Sed atten:
datis vos senatum esse omnibus populis . et si in regiones
in habitabiles veniremus . sic quando roma destructa est a gallis
ipsa fuit apud vehios ibi dictatore camillo . mutato enim lo:
co officium non mutatur . Cesar habet domos vacuas . cum
quisquis non exulat hic sit . Causa quare de civitate disces:
simus fuit . quia scelerum erant ignari . non omnia mem:
bra viderunt qui debent redire et pro amissa ytalia habe:
mus totum orbem quod patet ex victoriis nostris victo voltrio
et curione . sumite ergo fortunam quam deus concedit et
sumite animum magna non sicut hostes habebant fugientibus
nobis Cum ergo ius et officium nostrum iam anno comple:
to desciat . vos senatores pompeium eligite ad imminens
bellum ducem plenitia tenuit mestum cetum per ypalagen
i cetus tenuit plenitiam et erant mesti propter absentiam a
patria Excelsa sede quia consul lata Indole non virtute
erat indoles sit virtutis Indicium pro sanguine si estis digni

maioribus meis a quibus vos degeneretis hyperboree sine sitis ubi
terra est inhabitabilis propter frigus nive que est polus ne
hyperborea regio que vocatur Scithia ubi sunt montes dicti hyper-
borei quia inde flat boreas ideo dixit versus hyperboree re-
gione cum prosit ~~ex~~ ursa. axis torrens pars usta calo-
re clausus vaporibus id est caloribus ut in nono de iam spissi-
or ignis etc. dicit clausus quia ultra ire non possumus po-
les duas iungens caloris nimis incursu non patitur terrestre
videtur lucanus velle dicere quod ibi sit ea pars que vocatur
torrida zona et quod sit sub circulo equinoctiali. sub quo sem-
per est equalitas dierum et noctis ut hic debet esse. quidam
tamen philosophi dicunt ibi esse temperiem. Et torridam zonam
esse sub aliis circulis cum contrarium hic ?cerum ut in Nono
ponit quando narrat de processu Catonis in libiam ubi
dicit eum venisse usque ad circulum solsticii estivalis et deinde
ultra progressum usque ad inhabitabilia loca propter calorem
summa rerum caput et potestas vehios habitante camillo cum
galli senones in ytaliam venerunt ceperunt que romam et
incenderunt. tunc romam fuisse ubi Camillus libera-
tor et vindicator romane iniurie habitabat scilicet aput
vehios. plinius tamen de viris illustribus dicit aput ar-
deam. Sciendum quod hic fuit ille camillus qui cum obsideret
phaliscos et magister filiorum principum Civitatis ad
eum illos duxisset victimas eum cum dictis pueris remisit in
urbem cum falisci propter tantam iustitiam se ei statim tra
diderunt. Item Camillus vehios hiemali obsidione per-
domuit. Sed damnatus quod ~~dat~~ vehitanam predam divisisset
inique ardeam concessit. Cum que galli in urbem intrassent
victores ut in primo narratum est Romana iuventus in ca
pitolium ibi que barbari sex mensibus immorati et fatiga-
ti tanta mora descendunt vendentes discessum suam mille
pondere auri. Interea Camillus dictator ~~creatus~~ creatus
absens collectis reliquiis romanorum et aliis quos potuit
ad arma sumenda inducere gallos a tergo egreditur in-
provisos eos que vicit. Et adeo delevit ut nulla senonum ve-
stigia apparerent. populum que romanum deleta urbe vehios
migrare volentem retinuit. Et sic opidum civibus et cives
opido restituit tecta merentia domos dolentes tristi iusti
tio. tristis taciturnitate. Et sic loca privata et publica
sunt tristis vacua et et plena dolorum. Ignavos scelerum
excusat fugam quia fugerunt scelus bellorum et quia fuit
ista principium subiti belli et nemo adeo fortis est. ut
rei novitatem non timeret. Ideo dicit lanius fervor equa
lentibus sordidis asperis libies genus est et est libia sor
dida peste serpentium et ariditate et siccitate ut narratur
in nono furorem impellere cursum id sequimini ad quod

ad quod vos fata impellunt .s. victoriam Et sperate in deo
quia diligit iustas causas fortuna nobis prospera det
animos magnanimitatem . quotas hostis dabat dabat campa no
nobis ire fuge quasi .d. hostes animum assumpserunt so-
lum ex vera fuga . multo magis nos debemus animum assumere
propter fortunam nobis fauentem . Sed si legatur ut alia
lectio habet hostem . tunc dicatur quotos animos quotas dabat
fugientibus nobis hostem causa .s. iusta Nam propter hoc
fugistis ne nobis vincentibus iusticia lederetur . Et passi
estis potius omnia amittere et hoc ad utrumque spectat . ideo
dicit quotos animos Anno exhausto completo . potestas nonne
sensura finem potestas senatoria perpetua erat . cum ad
tempus durarent alie potestates in medium in commune in pu-
blicum In illa parte tunc in reges . Narratur quod electio-
ne pompei celebrata . ut senatus decreto dux esset ad regen-
dum bellum . donauerunt multa populis et regibus moranti-
bus qui fauebant senatui et auxilium porrigebant rodos
est exornata donis . propter breuitatem non narrat autor quibus
donis eam ornauerunt . sed dona erant aut opida aut li-
bertas concessa . aut quia appellentur aliquis amicus ut
pacta semper romano populo innaretur . phebeia a cultu
phebi Et aut hec insula prima Cicladarum . que fuerunt
.liij. in modum circuli disposite . In ea se iactat beda . fuit
unum de mirabilibus mundi factis Est enim ibi inventa ima-
go fusilis . c. xx pedum que difficile est videre quo est fixa
et certa ut staret campo insula . lucanus dicit potentem
nauali bello ibi cum dicit potentis pelagi Et est exornata
iuventus inculta i. parum studens ornatu corporis gelidi
taygeti in laconia . athene laudantur quia inde multum
auxilij habuerant . iuxta illud excussit totas quamvis de-
lectus athenas veteres fama nobiles propter famam et
laudem . unde ysidorus dicit de eis . quod nil habuit
grecia clarius focis libera donatur sic massilia aut intel-
ligitur quod focis sit libera amore massiliensium . aut do-
natur ipsi massilie . fit et liber in perpetuum sandalas
cotis et deiotarum qui erant reges amicissimi pompeio . coll-
audant laudando munerat Et amicum in senatu appellat
Rascipolim dominum ore gelide non dicit nomen regum sed
tantum sed quia dicit regionem frigidam credibile est
hunc fuisse dominum in partibus colchos ubi pompeius victo-
riam habuerat . ut dictum est in secundo ibi hunc ire
victorem gelidas ad fasidos undas . Iube sceptrifero cum
pars libie sub ditione romanorum fuisset . Namque eam
regionem iube tradunt proh tristia fata dabit et indiget

LV

Lucanus quia ptholomeus regnum suscepit agente pompeio q:
uem victum ad se fugientem fecit interfici cuius caput cesari
presentavit ordina sic legam O tolomee dignissime gentis
infide est · d · sicut rex sine fide ita gens infidelis cui preest
pudor fortune et crimen deorum apponitur a li ptholomee
permissum est cingere crines diademate pelleo dicit illum ve
recundiam fortune quia debebat fortuna verecundari ut pom:
peius vir tantus tantus occideretur per ptholomeum quem re
putat vilem esse et crimen deorum quia consensit ut ille
esset ipso qui tanti sceleris futurus est auctor diademate
corona pelleo proprium nomen regni illius accipis ferrum
in populos ensem suos quos in bellum impegit Et alios
quos morte pompei libertate privavit Et dicit ferrum in
populos quia et alia scelera sunt mala · donata est
regia lagi regis ptholomeo facto rege et quo tria se:
cuntur primo mors pompei · 2o quia pars regni soro:
ri ptholomei excepta est quia testamento patris communis
cum fratre heres relicta erat 3o ablata est culpa cesari de
morte pompei · Postea sequitur illa pars Iam funebra soluto
que dividitur in partes novem In prima ponitur intencio ap:
pii volentis apollinem consulere · 2o scribitur locus in quo
apollo responsa dabat · 3o dicit causas secundum fabulas
quare in tali loco divinator erat quarto querit Et res:
pondet autor de vera causa huius divinacionis Quinto
scribitur quid habet facere hoc numen humano pecto:
ri conceptum et laudantur responsa ibi data Sexto sa:
cerdos loci illius immittit virginem quandam in aditum templi
ut moris erat ad habenda responsa · 7mo narratur longo commota virgi:
nemine · primo ficte deinde vere octavo scribitur ipsum respon:
sum · Nono narratur appii decepto in ipso responso 2a ibi
hesperio tum 3a tu quo vix 4to hec virgineo 6o sic tempore
7ma lumine tristito 8vo effigies ingentes Nono Nec te vici
nia · Narrat in prima parte quod cum alii arma pararent Solus
appius dubitans in bella venire · Ideo curans scire finem tan:
tarum rerum penetralia phebi non tacta abinde ad multos
annos preteritos · soluto celi reserato per lamenta incer
tis casibus incertum erat que pars esset victoriam habitura re
serat aperuit his remotis que locum claudebant penetralia
secreta delphica que apud delphos sunt qui sunt populi
parnaso proximi In quo hec penetralia sunt Unde oratius de:
tologis non discrepuit sinu delphis fatidici fata dicentes
obducta tecta occulta Nam abduco i tego In secunda parte
ibi hesperio dicit quod parnasus tantum distat ab oriente quan:
tum ab occidente · Iste habet duos vertices · alter quorum dicitur cirra in illa
colitur apollo · alter vocatur nisa ubi colitur bacchus hic fuit

V

Iste mons qui tempore diluvii aquam superavit Tradunt hesperio
occidentali parti gemino colle nisa et cirra. Secundum fabulas
dicitur quod iupiter dubitavit ubi esset medium mundi. quod querens inve-
stigare iussit duas aquilas alteram in oriens alteram in occidens
que volantes inde obviaverunt sibi in parnaso Nam una conse-
dit in cirra altera in nisa. Ex quo comprehendit ibi medium mundi
fore. Itaque cathenam invisibilem per medium transeuntem posuit
que tenet montem ligatum cum inferiore celo. Et autem dicitur Ieroso-
lem in medio esse forte intelligitur de terra habitabili est
enim in quarto climate quod est medium inter septem climata. hic
autem quando dicitur parnasum esse in medio intelligit de tota terra
Et potest dici quod hic parnasus est in medio inter orientem et
occidentem Non in medio terre Si quid autem de dicta fabula
verum. Intelligendum est illas aquilas optimos fuisse geometras
qui sic mensuraverunt Bromio baccho a loco ubi primo cultus
est mixto numine faciebant festum utrique simul propter quod
ostendere volebant bacchum et apollinem eundem esse deum. Secun-
dum diversas proprietates diversis nominibus appellari Trieterica trie-
tericum dicitur festum bachi dictum a tres quia fiebat de tribus
annis semel Bacche sacerdotisse bacchi Eminuit quia mansit alti-
tudine sua fluctu mergente terras terris mersis in fluctibus
tempore diluvii. Secundum ysidorum fuerunt duo diluvia unum
tempore Noe. cum homines deleti sceleribus unum spacium fuit
celi et pelagi cuius adhuc videmus vestigia scilicet montes quibusdam
ostreis plenos. Aliud fuit in achaia. quod maiorem par-
tem tessalie absumpsit paucis perfugia montium libe-
ratis et maxime in parnaso. ubi ~~fuerunt~~ homines ferunt
ex lapidibus fuisse reparatos. quod est ad credendi duriciam
referendum ponto quia fuit discrimen et astris dividebat inter
mare et celum. Nam alibi mare super aquarum inondatio usque
ad celum attingebat nec ibi medium erat et est yperbole In
illa parte tamen quia dicit quod parnoso adhuc pro parte latente
solum terra discooperta. appollo ibi fitonem interfecit. videns
locum illum divinitate plenum ibi mansit divinationes futuras
Coricidas coricidas. latebas uno iugo. scilicet Nisa ubi colebatur ba-
cchus. Ultor latona cum Iove concubuit uno quia concubitu du-
os scilicet dianam et apollinem concepit Iunone dolens contra illam
phitonem. qui eam parientem terreret misit. latona usque
ad mare confugit et invocato Iovis auxilio quedam rupes
eminuit in cuius arboribus peperit ipsa latona. Appollo natus
fitonem interfecit Ideo dicit ultor. scilicet appollo matris expulse latone
cum partus premeret viscera. cum adhuc pregnans esset. fu-
it enim ultor matris contra iunonem pugnans que sic latone per-
tulerat ut narratur in methamor. Expliciunt extendit occidendo

fitona serpentem qui dubitacio interpretatur quam apollo inter:
ficit id est sapiencia aufert sagittis rudibus non adhuc vetustatis hec
enim prima fecit insipiencia et est notandum quod de hoc macrobius sic
scribit latone dianam et appollinem parturiente iunone dea obsessa
fuit. sed ubi partus effusus est draconem ferunt invasisse cunas
apollinem quod prima infancia sagittis beluam confecisse. quod
intelligendum naturalis racio demonstrat Nam quod post chaos
ut primo cepit confusa deformitas in rerum formas et ele:
menta nitescere. terra quod adhuc. huc humida stabili quod sede nu:
taret convalescente ethereo calore atque seminibus in eam igneis
defluentibus. hec sidera edita esse creduntur. solem quod in calo
ris in superna raptum. lunam quod. cui diu inhererit iuno de
hec deferentur. hoc est aere. quia tunc humidus gravius quod erat
et obstabat etherei ne fulgeret sed divina providencia
vincat anima cum ex alto meando in superna vi putredinis co:
rrumpebat ipsum solem densitate caliginis obtegendo diminus fe:
nore velut sagittis radiorum suorum eam nebulam exicavit
que exicata interempti draconis fabulam fecit Demus pater:
dos ipsius templi. tripodas altaria phebi Ergo regina et
sacerdos erat spirare ex mitte fidem divinam que de deo ha:
beri posset solum terram illam loquaces innuenia ventos
que humane videbantur loquele candidit abscondidit Et
mansit adito secreto In illa parte quis latet querit lu:
canus et ad inveniatur ad numen in cavernis habitet inclu:
sum quod novit anima futura et alia que futura non sunt
et est paratum futura pande populis vel autor per ma
nem dubitacione tamen ex per loca nicat magna pars ignis e:
therei que est ad mixta terre ad regendum ipsam Et loquitur
secundum eos qui dicunt ex ethere totam speram celestium esse
et eo anima que vivificat animam. que cum sit de natura divi
na quecumque ~~de natura~~ afflabat hominem, efferebat ei noti
ciam futurorum que est superius substanciis tamquam in pri
mis causis quod venit de ethereo igne sic putaverunt quidam
patet per illud virgilii Igneus est illis vigor et celestis ori
go sed hec dissident a veritate fidei. Et sunt potest ideo re:
dendum auxilio demonum ibi data responsa sicut antiquitus
in multis aliis locis dabantur variis cum erroribus demo:
nes gentilem populum decipere nitebantur quis latet admi:
ratur autor quid dei venit habitare in cavernis terre ma
gnus quod potens quod intelligitur est, sive dicat illud quod
futurum sive futurum scit quod ipse dicit quod dicat sive sit tam
futuri sive signum magna pars totius Iovis etheris ex quo o:
mem celestem speram quidam putaverunt non sicut arcus qui
dicit speras celestes ex una essencia. qui substinet orbem libratum

terra equaliter

V

terrā equalē manentem medio · In quo dicit terram stare in
medio mūdi in volne ethereis eam tenentis Et ideo finxerunt
fabulam de cathena eam tenente · sed hec falsa creduntur per
eos qui sentiunt peripatheticos · quia terra quiescit in medio nō
per naturam alterius quia tunc quiesceret violent · sed potius
quiescit in centro mūdi per naturam suam in orbe vacuo quod
est corpus sensibile et diafanum erit ut petat speram suam
Et trahitur a simili tibi tonanti Ethereo igni qui in
nubibus dum generatur est causa coruscationis et tonitruorum
Ideo attribuunt tonare Jovi · qui super ignis est connexa colli
gata · In illa parte hoc ubi virgineo dicit quod postquam
aliqua virgo inspirauit hoc numen · tunc resonauit et vexa
atur sicut ethna ab igne exestuante et sicut locus Cam:
panie in mare dictum · Et predicit hoc numen multa sicut
patet exemplis que ponuntur in litra Et addit quod caremus ma:
gno dono deorum quod illa oracula tacuerunt de quo tamen
non dolent proxime mulieres · que ad illa responsa danda mi:
trebantur Et causa est quia si qua suo pectore tale numen
accipiebat aut statim moriebatur aut moriebatur preceden:
te vita venosa Et hoc dicit ibi mors immatura i non festina
sed tarda erat pena est mors dīu · s. ante mortem viuendo
cum pena infirmitatis · aut mors erat precium precium recoda:
tur pro re · et sic illis completo officio vaticinandi cito da
batur mors · tamquam acti operis merces · deinde illis data mo:
rs insolutum videtur quibus viuere est penosum · Ethnei Ethna
mons est sicilie in cuius vertice duo hiatus sunt per quos ignis
eruptus erumpit fremitu primus premisso · Et quod magis est
mirum licet multis exudat incendiis · niues tamen prestet et
perpetua canicie hyemalem crinitiem tenet ut narrat Solinus
apex summitas verginibus impellentibus seu typheus gigas
fulminatus tempore belli gigantei conditur ethnea mole
marinees & insule que declinantur hec inarime hugin:
animes vaporat exerit campana saxa que emittit Et que
circumstancia percutit cum magna cum vexatione cinerem ex
solutis lapidibus in medium calcis emittit Et ignem vendicat
se liberat se et scindit labe furoris libidine deorum deq:
bus non consulebat nec docebat Et hoc exponit cum dicit non
concepit mala vota tacito impune Et carens fixa firma
vera et mutanda nulli que a nullo mutari potest vetat
mortales optare i homines cupidos esset et sic exponendo con:
sonat dicto valerij libro vij ubi narrat quod giges rex libie
inflammatus animo · habundancia diuitiarum ab apolline quesi:
uit · an aliquis mortalium se felicior esset · ex responso apollinis

archadius zophedius ei prelatus est. Is erat archadius pauper
rimus qui iam senior terminos agelli sui nunquam excesserat parva
ruris senectibus. et ipsa paupertate contentus fuit ergo respondit
se magis probare securitate videns tuguriorum quam tristem cu-
ris et sollicitudinibus aulam. Ex quo patet quod super variatas
divitias damnavisset. Et cum eo concordat libro secundo de of-
ficiis dicens. Itaque quod apollo sicius oraculum edidit spar-
tam nulla re alia nisi avariciam esse perituram. Benignus
instiis dedit sedem et notas in pugna ubi sedes eligende fo-
rent ut tyriis intelligitur de cadmo qui a tiro se ad ali-
as sedes transtulerat et ad dedicionem minas belli Temistius
Rex athemensium secundum alios lebarum. bello a lacedemo
niis vexatus erat. qui dicitur habere visum ut equis ligneis
pugnaret. quare factis navibus navali bello victoriam
adeptus bello finem fecit. meruit quia est ibi ex nomine me-
moria subsulit venenorum iras telluris sic sterilitatem ex
dei ira provenientem. nementes siquidem palinuro occiderent
propter quod delictum sterilitate immissa rursum apollinem ac
ceperunt manes polinuri placandos esse. quare ei ~~tento~~ ce-
i. refecerit notafium ~~refecerunt~~. mons quod ubi sepultus est ab eo nomen
accepit sterilitatis adversitate cessante. Repleuit aera ta-
bificum tabem et corrupcionem facientem. Ycarius misterii
bacchi doctus vineas colere et vini usum. dum potantes
ebriati essent ab eis occisus est credentibus se venenum
hausisse. cuius filia secuta canem. ycarii cadaver invenit
et se suspendit. que deorum miseratione inter sidera vo
catur virgo et canis eius stellam caniculus vocatur ca-
nicula eo delicto corruptis fuit causa mortis ~~mortuo~~ mul-
torum et insuper eorum virgines suspendebant. quibus ma-
lis fatigatis responso accepto ut auctorum corpora sepe-
lirentur. quesita sunt terra mari quod nec inventa. quare
illa tamen in aliis elementis querentes ab stilla fecerunt.
tunc pestis cessavit. non ullo secula dono licet lucanus hoc
commendat oraculum laudibus multis tamen tullius in
libro de divinacione aliter sentiens sic scribit Sed iam
ad te venio o sancte apollo qui umbilicum terrarum certum
obsides. unde superstitiosa primum nox evasit. tuis enim
oraculis crisippus totum volumen implevit partim
falsis ut opinor partim casu veris. ut fit in omni ora-
tione sepissime. partim flexuosis et obscuris ut interp-
res egeat interprete. ut sors ipsa ad sortes referenda sit
partim ambiguus ut sit ad dialecticum referenda. Re-
ges timuere futura dicit quod reges destruxerunt locum
volentes eorum mala prescire. Sed verius est quod cuncta que
fidem dari ydolatrie faciebant. post adventum christi cessaverunt
iusticio vacatione. non merent non dolent | Sic tempore

V

In hac parte dicit quod ille appius sollicitans fata inquirere ia-
ssit sacerdotem appire locum et aliquam virginem immittere
que spiritu apollinis impleretur de questis responsura. tunc
ille sacerdos cogit puellam nomine phomonoem. quam curis
vacuam invenit in proximis locis vagantem et errabun-
dam hesperi ytali fati fortune ad ultima scilicet finem sui
et publice libertatis. vel ultima quia iam post modicum tem-
pus eo oraculo non utebantur. scilicet innotas tripodas non tac-
tas alataria et silentia quia diu tacita fuerunt. Nempe pro-
pter ablatam fidem ibi responsa non querebant. antistes sci-
licet stans. minor sacerdos. castalios castalius fons circa no-
tem versus remota loca cogat ut cogat vagam errabun-
dam. Ibi limine terrifico duo facit primo simulat se puel-
la rapta ab apolline recipere. 2o coacta intrat non tamen
usque ad penetrale ingrediens simulavit phebi spiritum se
accepisse. ibi illa pavens dicit primo quod illa timens pene-
trale secretum intrare inquit. Tu speras verum cognoscere
posse. sed non poteris. quia hic hiatus tacet. sive quia
solitus spiritus hic non habitat amplius quia sunt clause ca-
verne per cineres quando hic locus exustus est. sive hoc ro-
gat sola voluntate dei propter etiam nobis sufficere carmina
sibille. post ea caminge. quia in mea corrupta etate phebus
non invenit homines dignos per quos more solito det responsa
quibus dictis isti cognoscunt doli simulacionem ligant ergo
caput vittis. ornant quam ipsam veste et lineo et impellunt
eam in penetrale. dicit in secunda parte quod illa timens ad-
huc restitit in prima parte et referta verba simulata ab
oraculo provenire. In quo dum et deo flebat inmixta ca-
loquente false. sed tamen deprehendunt isti eam in debitum
locum non intrasse. quia eius verba non rupta nec trementia
erant nec vox magna. quia totum resonaret antrum. nec
ornamenta que gesserat erant ordine suo mutata nec sense-
runt templa tremere. que omnia solebant recepto numine conti-
gere. Tunc ille appius graviter comminatus est. nisi in antra
intima omni simulacione deposita subintraret. phebas puella
electa ad febum suscipiendum. abstruse longe terre imp-
ba pertinax importuna. phiton pro templo apollinis ponitur
quia cavo ~~locus~~ sitoris templi locus conceus erat ubi
responsa dabantur. arsit ennpade igne barbarica dicunt
quidam hoc factum esse per xerxem quando transivit
in greciam. alii per pirrum qui ibi deceptus fuerat re-
sponso. dum enim bellum gesturus deum consuleret hab-
uit tale responsum. Aio te eacidem romanos vincere
posse. In quo propter duplicem constructionem parvum diversus
est sensus. sed pirrus intellexit ut optabat se vincere eos. qui

victus temere clausere vice sex si . quia viderunt eam time col:
ligant eam negasse non recipere voluisse deum torta ligata
comas priores qualis prius habebat . scilicet pesas ante horrorem
erectas . candida infula intra sacerdotalis alba . comple. crinem
krega. solu. . recollecti sunt sub infula que prius soluti pende
bant . tunc lauro focaijta . cum lauro secundum morem grecorum
qui serta ex lauro faciebant et dicuntur greci focayti vel
in 3o focais in dubijs ausa est sternare inventus aditi remoti
dicitur aditum locus secretior et remotior in templis . quod a pau:
cis adeat . scilicet sacerdotibus sed hic aditus . tuus . dicitur ingressus
verba ficta falsa et que ipsa fingebat non testata non testimo
nium non fidem dedit . Est autem testari testimonium dare narra
re inrare mentem instinctam ab instinguo idest incitatam est autem
instinguo xi et ctum et valet quod incito persuadeo et mor
tifico. furore sacro divino haud quod prius ledebat deum
per quem fallaciam mostrabat . quam ducem fallebat . nemus
sonuerum idest silua a voce que illic reponaret que dicitur echo
furorem inducens consonere sic verba non rupta sono . et vox
non est sufficiens implere spacium capacis antri . et lau:
rus non excussa vllo horrore comarum prodiderunt ma
nifestaverunt illam vexitam se credere phebo idest timentem intrare
ut sponsus phebeus erat aprius aut o impia dabis sustinebis pe:
nas tam a me quam ab apolline meritas quas mereris con
sulta a qua consilium petitur Sequitur illa pars tandem con:
territa ubi narrat quod illa timens penam ab apolline aprio
diffugit idest velociter curret ad aditum ibi quod Harenus tantum
accepit de numine et spiritu illo quod tred per multa tempora nulla
acceperat . ita quod tota facta divina est et furens vittas
spargit et serta et altaria tota quod exardebat Et plura sole:
bat quam dici posset . cum antus rerum post series nota c:
rat Et ponitur comparatio . scilicet quod vates idest sibilla cumana apo
llinis spiritu recepto talis erat tandem nisi tot sibi nota apium
se invenit que lassata sic dixit o apii tu fugis belli
periculum . sed in tenebris quietem idest quiescis in valle euboici
lateris . deinde autor per apostrofam alloquitur hoc oracu:
lum . Et miratur cum apollo omnia sciat et nichil eum lateat .
quare timet dicere ruinam romani imperij mortem regum et
ducum et perituros populos . ipse timet tamquam respondens du:
bitando dicit . quod dei nondum statuere tantum nefas con:
cedere . scilicet quod pompeius capite premaretur . et astra adhuc forsitan
dubitabant hanc executionem mandare . vel forsitan tacet
vt bruta de destructione romane libertatis rerum relaxan:
tur Deinde dicit quod postis apertis ducta mulier adhuc furio
sa exivit . nunc oculos torquendo nunc pallendo . nunc rubendo
cum anelatione anxia . et penosa sicut facit mare post pro
cellas . deinde oblita est rerum que sciverat futurorum

V

fatus ad apollinem redeuntibus ipsa virilice tandem confortat
ab hiis desistat hesit mansit pectore inserta ypalage .s. ins:
ertum numen pectore in[ser]to illud quod dictum est supra . mul:
tas qz abducta per annos . et quod numen spiritus no exausti vat rupis
tis per tot secula ingessit vati · quasi dicat multum
concepit numen quia no evacuatum inde fuerat quequam
ad multum tempus excusso pectore ex eo loco .s. circa erat
virgo artus phebados sacerdotis phebi et est declina
macio phebeis phebeidis vel idos patronomicum femininum
improprie positum quantum ad significatum colla aliena impo:
tencia caput sustinens · hinc illinc agitata rotat volvit
nec verbere solo similitudo sumpta ab equitatione frenos
loquendi legem · congesserim in unius animi pagina omnia
scripta erant luctantur pugnant dum singula cupiunt primis
enarrari recessu loco remoto indignata sui fremere furorem
multis gentibus non omnibus voluit sua fata producere
excerpsit romam elegit romana fata mania superba no
inclinavit se ad imora dicenda licet ea sciverit · laten-
tem nunc multa et magna difficile est invenire minor
est celare diem nullum celor passivum cuius activum duos
regit activos unde passivum regit secundum activum ut celo
te consilium meum et ego celor consilium tui asteris dubitan:
tibus damnatur caput pompei · secundum eos loquitur qui
dicunt secundum dispositionem celestium corporum hanc vel
illam mortem hominibus pervenire fa tacentum tacita
a te o appollo facinus intelligit de morte cesaris et dicitur
facinus quod factum magnum regia reges ultrum · alius
brutus expulit reges et nunc alius brutus est futurus de
occisoribus cesaris et dixit in plurali brutos quia multi
fuerunt adiutores sequaces eius impacta impingo cuius passi:
vum impingor cuius unde impacte impulse nusquam stat no
est in statu firmo · sed mutatur terribilis pallor ut
in mortuo lenas alleviant per lacrimas et suspiria
videtur a nam tertiam foris emittit medie tenebre hu
mana ignorancia · homo enim habet mediam naturam inter
divinam et brutalem stigiam lethem oblivionem Nam
lethes fluvius apud inferos habetur fabulose cuius potus
oblivionem prestat stix autem palus ibidem fingitur esse
sed nunc ponit stigiam infernalem sicut et stix pro inferno
no ponitur cadit deficta est . In illa parte Nec texi:
cina dicit appium deceptum fuisse ambiguo responso
putavit enim apollinem dixisse quod ipse aptus in ea regione q:
esceret · quare eius regimen preesse curavit eo officio assito

Sed reprehendit eum lucanus quia non debebat putare in
tanto bellorum tumultu posse quiescere nisi per mortem et addit
ipse habebat memorabile sepulcrum s. in euboico littore. Et
inmoratur autor in eius loci descriptione Et sciendum quod valerius
dicit sic. appius euentum grauissimi motus explorare cupiens
viribus imperii nam auctoritate precipiat antistitem delfice cor-
tine in intimam sacri antrum partem descendere cogit unde
certe consulentibus sortes petuntur. Ita diuinus spiritus han-
stus pestifere extitit igitur impulsu capti numinis
instincta virgo horrendo sono vocis appio inter obscuras ver-
borum ambages fata cecinit. Et nil inquit ad
te hoc romane bellum euboie cellam obtinebis Et hic vati
consiliis apollinis se moueri ne illi destinati interesset
in eam regionem secessit que inter ramnunta nobilem actici
soli partem caristum et calchidico freto vicinam inter-
iacet celle. Euboice nomen obtinet unde ante farsalicum
bellum consumptus diutinum adeo locum sepultura possidet hec
valerius que satis sunt ad litere declarationem frustratum de-
ceptum vana spe quia credebat quiescere viuendo subsi-
dere morari regnum euboici littoris Euboia propter col-
chis gentile. Et est construendo sic dicendo secundo statuam sa-
lubrabilis prepositionis intellectu. Quis deorum sit prestare
non sentire i. ut non sentiat nullum fragorem belli
et caruisse i. ut homo careat malis mundi excepta mor-
te. i. preter mortem que prestat ut homo careat malis mun-
di. hinc vite busto sepulcro memorando ex hoc facto
caristos insula ramnus ciuitas in euboico littore ubi
calitur fortuna unat et ea parte qua pontus arcta-
tus fervet rapido gurgite et euripus trahit calchidicas
puppes ad auli et iniqua ventis mutantibus cursum
pontus arctatus euripus est ita quod illa duo eadem sunt li-
cet euripus dicatur quasi maris extumatio intelligit aut
hunc locum furore suo naues inviolatas trahere. ad lo-
cum quem vocat aulim et quo pereunt et sic cum alio
ire intendunt. alio ducuntur. unde autor tria loca pro-
xima describit. s. caristam ramnum et euripum sicut et
valerius supra facit in allegato testimonio In terea
dimitis Hoc capitulum in parte quasi continuatur in prima
intencione narrandorum. et causam tumultus autor pre-
mittit secundo narratur ipse tumultus et verba qui-
bus milites de cesare querebantur Tercio miratur autor
quod cesar non timuit tanto expositus periculo cuius respon-
dit quia illi bellum placebat quod ab aliis damnabatur
quarto ponuntur verba cesaris. quinto scribit tumultum illa ta pe-
na sedatum ubi secunda non paruidus 3a que non ille quarta

V

Stetit agger quota tremuit Dicit in prima parte quod Cesar pro-
mo victoria in Hyspania habita se ad bellandum in alias
provincias transferebat. tamen prope fuit quod sub columnatis
speritantibus aliquid nocuerint adverse. timuit namque quod sui
nollent amplius ei in suis sceleribus obedire. cuius rei po-
tuit esse causa* quia aliquantulum a bellis quieverant,
contingebat eis aliquid furoris deposuisse. 2a causa est
quia optabant maiora munera quam haberent. 3ia causa
est quod displicebat eis dux et causa ob quam moverant
bellum. quod iniustum eis videbatur. Ex quo Cesar duo cog-
novit primum quod licet esset in alto dignitatis gradu. ille
non erat stabilis sed vacillans. aliud quod licet ipse muta-
ret se multos hic gladios tamen illi non erant sui
sed militum [?] speraverunt non subactus non subiugatus et
victus est aut subito cogere impellere arcere et subiugare
Et notanter dixit non victus quasi admirans. veteres cum ad-
verse solent imperatorum auctoritatem minuere sed Cesar in
prosperitate florebat saciare manus cum veterum scelerum
satietas. nec posset aliquid diu placere nisi recte factum
sit vendicat enses videtur velle lucanus quod ad hanc se-
dicionem movendam ex precio inducti sint propter hoc quod
dicit ac nunc id est non solum alias sed etiam agebat scelera merc-
ede. Et hoc est sensus enses vendicat id est vendere Cesar ha-
nd non est magis expertus in ullo discrimine quam pro quanto
despiceret id est contempneret. lucanus loquitur secundum illud
aristotilis in ethicis quod magnanimi sunt contemptivi non
quod intelligendum non quia spernant alios. sed quia non appre-
ciantur eos pluris quam sunt cuncta non esse stabilia sed
tremulo nutare id est dignitatis altitudine quia raro stabiles
est non stetit fultus firmus super exuberancia id est quando
dicit instabilia tremens truncatus ensis raptus deficit
[?] consistens sic ille pene relictus tremens suo gladio
raptus tot suis manibus qui trahebat legitur etiam rapte
hinc intelligitur ablatis gentibus suis Non pavidum In
hac parte dicit quod iam aperte clamabant in Cesarem nullo
timore quia committerat opus. quod aut multi faci-
unt non punitur. Iam non erat ita latens tecto pecto-
re animo occulto cum quo se et deos in haud non retinet eos
quoscumque timere illos deos. per quos ipse dux ab aliis time-
tur iniusta regnorum id est iniustos reges. Effundit In hac
parte milites conqueruntur. primo quia voluerunt a sce-
leribus bellis desistere ad que eos Cesar induxit 2o quia
terra et mari scrutari videtur Cesar quo hii moriantur

X. quod sui milites satiati iam erant longa sanguinis effusione alia potuit esse causa que

quorum iam partem in gallia partem in hispania asserunt
periisse. 3o quia post gallica bella habent pro premio
ciuile bellum et non aliud premium cum rome nullam pre-
dam accipere licuisset. Cum ergo sint in aliis scelerati in hoc
sunt valde pii quod abstinent alieno et hoc vult dicere
pauperetate [?]. quarto quia cum Cesari roma non sufficit
at mundus vel erit ei satis. 5to quia iam senes et imbecilles
sunt bellorum laboribus absoluendi. qui cum in bellis iam
senuerint essent mittendi ad moriendum in quiete et
non in gladiis ut essent cum suis et sepulturam et habe-
rent ut mos est Ideo dicit paratum rogum cui quia in
uno igne unum corpus comburebatur in bellis autem in uno
multi Sexto conqueruntur quia ex magnis sceleribus belli
eis solet recipi magna merces quam ipsi non habent. sed
sola spe pascuntur. Et 7mo quia non licite agunt cum cum
Cesar erat in gallia dux erat. tunc et licebat id facere quod
ipse preciperet. nunc autem socius est et sic culpa commu-
nis. Et hoc dicit ibi ille equat facinus nobis quos ingra-
tiat et terrenispit [?]. Octauo quia seruiunt ingrato cum
s. mirare felicitati Unde dicunt se velle dicere quod illi cognosceret quod
ipsi sunt fatum suum nam irato et dissidente milite pax
erit Et addit Lucanus vltimo quod hiis dictis tumultus
erat in castris irato quia vultu Cesarem petebant et pre-
cabantur quod per malos mores scilicet per discordiam pax mitte-
mat eque per bonos scilicet per fidem et pietatem retinemus non
est 2a secunda quaeris 3a scilicet terris fudisse 4ta fluis quibus 7ta
iam respice 6ta quod velut ignauos 1ma nec fas 8ua addit quod
vltima sic fatur littera pro maiori parte clara est En im-
proba vota Cesaris non liceat nobis ponere membra mo-
rientia duro cespite quia ipse vult vel dicit scilicet en improba
vota scilicet mea ingratitudine et cetera non sunt quod non liceat
Nec fas nec vincula iuris vetat audere scilicet Cesarem non
sequi ad bellum ciuile Sequitur illa pars quem non ille
In qua dicit quod hic tumultus satis erat ad terrendum quem-
libet durum tamen Cesar non territus gaudens fortunam
suam per magna ducere pericula. In ipso furore venit ad
eos non spectans ut tamen ire motus quiesceret addit
quod suis omnia scelera concessisset ut depredationes urbium
templorum concubitus matronarum puellarum reliqua et
nefanda sed hoc solum dolet et timet quod milites non vertant
ad sanam mentem. Insuper cum lucanus reprehendit quod
bella que sui damnat ipse sequitur qui laxari deberet in

V

suis sceleribus · bellum quod dimitte quod sine re fugiunt In pre-
cepis in periculum fortune Ira deseniat ira quiescat Et
facit contra illud Senece primam iram non audebis mi-
tigare sine da et amens est · Viuis fama timetur · non vult
quod redeant ad bonam mentem Manibus societatibus · Hos
tu pungis · Cum dolebant sanguinis effusione Vis ferri
patientia armorum laxaret de fatigeris Bellum fugit
quod, ad aliquod tu instas perseueras Nolentibus · scilicet tuis
Sciendum est quod frontinus in libello de re militari dicit
de hoc facto sic Cesar cum quedam eius legiones seditionem
mouissent · vt in perniciem ducis viderentur surrexisse
dissimulato metu processit ad milites postulantibus illis
remissionem belli dedit minari metu et exauctoratos pe-
nitentia coegit satisfacere atque obsequentiores in reliquum
tempus operam dare In parte que sequitur Stetit ag-
gere Narrat Cesarem venisse ad milites sine timore et
meruisse timeri quia ipse non timuit et hec verba
dixisse · qui in absentia mea non contra me loquebantur
et minabantur vrmad Hic ad me veniunt et faciant
finem belli · Cum incepta hac oratione inspirant auctor · quod
seditionem mouerant non cogitauerunt audendum esse sed
fugiendum et hoc ibi Ense relicto Prosequitur Cesar
verba ibi ac dicas dicens quod Cesar sit vltimus locu-
tus est · Et vos fessi prosperitatibus vestri ducis rece-
dite et relinquite me mee fortune Et arma mea inue-
niet viuos dignos eis · Deinde An me fugam dicit quod
si contingit pompeium qui fugit vt victus hic bella-
tores multos magis habebit ipse in victoria milites
qui accipiant victorie premia vos autem senes inopes
et viles atque plebei hinc cum spectabitis ad tor-
mentum pocca ibi Cesaris an cursus dicit sic ex vestro
discessu dampnum non pati · sicut maris copia non minu-
itur licet illuc flumina non mitterent aquas suas nec
earum additione crescit · nec subtractione minuitur · Ibi
An vos · respondet cuidam dicto a militibus dicentibus
quicquid gerimus fortuna vocatur · Et dicit quod cura deorum
non sic vilescit vt intendat saluti vestre vel morti · sed
ad regentes intenta est · propter quos quasi viuit genus
humanum certo vos qui estis omnibus ad terrorem si cum
pompeio essetis fugeretis vna cum illo quod in labieno
probatur · qui cum Cesare probus dux extitit · modo cum
pompeio per mare ac per terras vel fugit Ibi Nec meli-
or · dicit habet eos pro infidelibus et proditoribus licet
ipsi non sint cum pompeio eo quod secum non venit

V

Ubi sunt ista dicit ecce hec tanta sua castra qui volue-
runt cum in tanta bella mitti. nisi mutatis militibus:
qui iam sunt fessi. qui omnia cupiunt nec ulla cupiditas
eos satiavit. deinde ibi at quibus dicit in adducendum a
pena in auctores sedicionis precepit quod ut eorum capita am-
putarentur. Ubi tremuit effectum ponit oracionis sue
scilicet quod ipsi timuerunt ad eius vocem sicut si dicit videtur
quod precepto suo eius invitis militibus morerentur. quod
non solum abdunt percussores verum et percussi pena
tamquam voluntarie paciuntur et quo omnis tumultus se-
datus est fulti cespitis cespes herba cum terra ex qua
aggerem fecerant. Et intelligendum est castrorum, pro-
fatur longe a sua mente fatur. aliud dicens. aliud in-
tendens dabat eis licenciam recedendi nec tamen volebat
a se ipsos discedere fuge velocius verum imbelles viles vi-
ctoria non dabit vobis turbam que auferat premia belli
impulsi id est moti sicut virgilius ut quod impulit arma cla-
sse equitatu vel navigio tantum solum que committet-
turus lancifitas id est triumphantes rapta mercede labor viri
decresceret omnitteret/ genus humanum genus vivit paucis sicut
bruta animalia sunt propter homines eis serviunt. Ita alii
homines sunt propter duos suos et duo pauci sunt ideo dicit
vivit paucis id est propter paucos. Et videmus quod propter con-
stellacionem unius duci multi moriuntur in bellis premit
humilat labienus hic in gallia sub cesare militavit
sepe quod habuit officium in castris suis et victoriam deinimi
eis plerumque adeptus est. cum quod gallie provincie cesar
prefecit. ut eius maiore laude ad consulatus officium deve-
niret. tandem effectus pompeianus cesaris partem relinquit
transfuga qui de exercitu suorum se ad inimicos trans-
fert. transfuga vocatur. quod erit aliud magis scelexis
nomen nec dux nec hoste nec priore nec con me quod
declarat aliis verbis amoliturus removet quasi. d. non
omnis pro [illegible] sceleris et volunt premia sine fine. Non
cesar sed pena tenet auctores sedicionis non volet cesar in
castris suis. sed volet quod teneantur ad penam quam me-
reantur tiro ad miliciam novus electus. ex auctoritate eis
quibusdam id est a castrensi dignitate remotis quosdam in eorum
loco substituit ideo dicit tiro tenditis id est novus disce
mori loquitur ad eum qui tumultum excitaverat prima
tum sine officio publico paciencia vincit spem ducis ma-
gis fuerunt pacientes quam cesar ipse spectaverit ictu fede-
ris/ erat consuetudo quod dum pax componebatur credebant una

V

portam dicentes Ita reddatur qui pacta non servaverit ut
ceditur hec porca Et inde dicitur federis unde Virgilius et
cesa iungebat federa porca. per similitudinem dicit lucanus
illos vocatos ad concordiam inter iulium et cesarem compo-
nendam. In hac parte Brundusium decimis Narratur quod pom-
peio cesare iussus ut decimis castris id est in decem diebus hec
gens proficisceretur brundusium. Et illuc convocaret naves quas
ipse in circumiacentibus regionibus habebat servat fabri
cari ipse vero cum paucis vadit romam ibi quod omnem accepit
dignitatem. quia factus est dictator consul pretor. Summus
dux ad bellum gerendum per romanos facte sunt. que se-
cundum consuetudinem stabant. Sicut. non vero et ibi maxime
monstrabant leticiam ubi maxime tristes erant. Ydrus
fluvius sic dictus similitudinem ydri serpentis qui tortuose
incedit Et ideo dicit amnis id est sine via Tharas fluvius
quidam vero dicunt portum eo quod additur ei hoc nomen
adiectivum scilicet antiquus Cypris insula Garganus apulus
mons est in apulia Stringere tangitur pro feritur nec velun-
quitur solum plenosus ut quidam montes torqueus aus
id est ytaliam sic dictam a duce. Hic Garganus dicitur torquere
ytaliam. quia cum sit de cuius terminis extenditur
non per rectam lineam sed tortuosam. dicit cum obno-
xium id est obvium borec car parte qua dalmatiam spectat Et
obvium austro qua parte spectat ~~et~~ calabriam Et addit cum
exire in mare adriaticum. Scenire tage asueverunt ita sce-
nire id est sceni esse. ut scemant et togate id est habent ha-
bitum pacis. scenire cum armato esset propter timorem
Sciliz recte indulgens concedens gratis populo peccanti de
id quod rogaverunt scilicet ut habeat ytaliam assumet digni
tatem dictator contingit adeptus est summum honorem. Intel-
ligit quod factus est dictator Et hoc erat officium supra omnia
alia et auctoritate et durabilitate Fastus annales lib-
ros quibus acta anni totius scribebantur Et incipiebant
a consule Sed ille videret annus sine tristitie qui
consule careret Ideo dicit letos. Namque omnes voces per
quas tam tem tam. men. do. hic primum re. etas sensus quod
tunc inceptum est dici duus et maioribus vos in pluralitate
etiam cum sit unus. Et sic mentimur. Nam propter
multas dignitates et varias inceperunt dicere cesari vos
in plurali Et hinc postea consuetudo transiit ad alios Et
recte ille mentitur. qui dat uni quod multorum est Et ne
qua id est ut ex parte aliqua vis ferri auctoritatis in bello
illi deesset voluit miscere secures. que erant arma consulum

gladijs qui erant arma pretorum et tribunorum secundum
quosdam addit et fasces aquilis .i. addit aquilas addit fasces
.i. dignitatibus suis aquile autem erant signa ducum et rebus
bellis vt in primo signa pares aquilas . alii . quod fasces consu:
lum erant quedam insignia que lictores consulem precedentes
portabant inane nomen imperij vocat consulatum quibus
imperatoribus vel quorum hic cesar est primus . fuit potius
dignitatis nomine quam re signant mesta tempora digna
nota hoc in imperium cesaris dictum et ideo statim de
clarat quod dixerat . quia annus farsalicus . In quo tantum
romani populi perijt . melius ex consulatu cesaris quam alte:
rius cognosceretur cum ipse fuerit eius mali auctor finxit solem:
nia . que requirebantur in talibus officijs exhibendis diuinat .
diuidit suffragia plebis non admisse .i. recepte diuidebant con:
sentientes anno consenuientibus ad electionem et dicebant conse:
tire eos qui non aderant et suffragia dicuntur auxilia hic
tamen ponitur pro fauore , tamen prius vel decantat tribus so:
cietates que ad hec requirebantur alta voce clamabant vnum
lucanus dicit quod decem tribus consulatum cesari absenti fauete
pompeio decreuerunt spat in vrna scripta nomina eligendorum
ponebantur in vrna in quodam vase et tunc nomen prius
mittebatur ad scrutinium ante esse eligendus sed non dicit va
nam vrnam quia non poterat preterire quin cesaris nomen exi
ret . Nec celum seruare licet . Non solebant consules eligi
in auspicato sed obseruabant augures quid preciderent to:
nitrua . Et quid aures qui nunc non videntur audire .i. in
tellige tonitrua . Et intrant aues leti ominis que non er:
ant est vt est bubo . de quo alanus . bubo propheta mi:
serie . veneranda potestas consularis dignitas menstruus co
sul . qui de mense in mensem mutatur vnde virgilius in
primo georgicorum . Ipse pater statuit vt menstrua luna moneret
et dicitur menstruus a mensis . vnde et menstruus sanguinis
dicitur que mulieres singulis mensibus emittunt de genitalibus suis .
Et elegit cesar in consulatum socium . quia duo semper eli:
gebantur . sed voluit eum parui temporis esse vt minus potestatis
haberet nec non cesset meritis immune imperium . vt ibi et residens
excelsa lacialis Jupiter alba in primo . Ilиado non vidit solem
nia sacra .s. latinas consecratas flammifera nocte . vt dictum
est in primo latine vocabantur sacrificia que per tres
dies continuos et . tres noctes fiebant in talibus electio:
nibus sed nunc solum vna nocte hec sacra perfecta sunt
Inde rapit cursus hoc capitulum plures habet partes In prima
ponit reditum cesaris ad suos 2° confortat cesar suos ad na
uigandum . 3° accepto ydoneo tempore Nauigans perdidit ve:
tos . 4to redeuntibus ventis Nauigat . Et castra ponit prope
pompeium . Ibi 1a expertus annus 2a sedera prima 4ta sed

V

nocte fugata Dicit in prima quod acceptis dignitatibus Cesar
ad suos qui Brundusium venerant velox revertitur cuius
velocitatem comparatione fulminis et tigridis velocissi
mi animalis expressit ibi quod invenit classes propter hyemem
navigare timentes. In parte 2a dicit Cesar suasit na
vigandum esse hyeme quando tempus fixum est pacius quod
vere quando tempus in qualitates varias per mutatur dum
quia flante aquilone recto itinere pergent quo opus est
Et optat cum violentum ne pompeiani ventus navigantes
possint occurrere nocituri. Et addit se videre desicere venti
et nulla fore tarditate morandum / Dicit in parte 3a quod
iam facta nocte incipiunt navigare extensis velis sed post
modicum tempus ventus defecit. Et mare sic mansit in
motum ut paludes et ut quedam aque maris que gla
ciantur quare eis duplex periculum iminebat s. hostium insi
dias qui ventis vexabantur et in brevi ventura fames. cum
de victualibus provisum non fuisset. pro temporis dubio
Dicit in 4ta parte quod adveniente die mare cepit moveri
naves impelli. quare venerunt in partes palestine regionis
atque navibus firmatis in anchoris exercitus Cesaris cepe
runt ad terram ex una parte Cesar et ex alia pompeius
proxima castra ponunt adeo quod se et audire poterant. Nec
post mortem Iulie vidit Cesar pompeium in aliquo loco
propinquiori nisi cum mortuum in egipto. propter quam
propinquitatem credebatur. quod illi forte pacificarentur licet
spes esset vana piger apulus describitur via defer
vint rastris. s. colere inherenti herbe dimisit pro pra
tis et nolunt tolerare pro frugibus tigrede feta cum catulos
habet in partu liberata. Et dicunt. quod tigris est animal
tante velocitatis ut videntibus eam currere dubium sit an
pedibus curat. an volet alis. Ita quod acceptis catulis
suis homines ponunt plura specula in via ut illa imagi
nem suam inspiciens et credens raptos filios suos vider
retardetur sed tunc maxime velox est cum propter hanc cau
sam. s. propter filios raptos currit minoia tecta. Brundu
sium conditum fuit ab his qui cum filio minois ut super
dictum est tenent propter linguam quam producit in extra
hiberno sidere hyemali sole pro tempore ponit sidus solis
quia eo mensuratur annus vel dicit hiberno side quod
hyeme oritur vel tunc cum equor patet tutum. non felicibus
putat turpe expectare tempus navigandi secretum est non
felicibus complet robore fortitudine animos expertes pelagi
qui non habent usum navigandi. hiberni flatus venti
hyemales fortius constancius. quam illi quos inconstan
cia perfida. sine fine durabilitatis veris imbrifer vetat
membra artos arte et fine immorari anflatus longe

circumgirationes lustranda secunda carbasia summitas mali ad
quam funes conectuntur et ponitur pro velo Item Carbasia
sunt vincula in cacumine arboris et navis per quas funes tra
huntur vel Carbasia dicuntur vasa quedam. Et nunc Hic
s. aquilo tenuet carbasia i. vela propter vim suam Et per
flet flando dicat littore phraceum populorum comprehendat
nos iactantes carbasa vela languida pigre se moventia
remis qui dicat ne plus possit remis quam nos velis. luna
fecerat umbras nam attensa lumen dabat in sereno in cuius
lumine corpora faciunt umbras sicut in die ad solem sinus
velorum laxasse rudentes funes fatigaverunt. qui
vela extendebant levo pede leva parte et est verbum nauticum
Supara dicitur supparus velorum replicato in plurali vero neutrum
est Et dicitur et dicitur est quoddam ornamentum in mediam
cecidere ratem deficiente vento quo tumebant redeunt ad ma-
lum qui est in media rate pigrius tres sunt comparationes
prima de paludibus ut unde hunc maris Hister pigrius pa-
ludibus que non moventur ullo cursu. unde vocantur sta-
gna quasi stantes aque. alia comparatio est iners bosforeus
mare sic dictum quasi siccus bovem. Nam Io per illud di-
citur transisse. astringens glacie undas scithicas Nomen
regionis in qua illud est mare non impulit hister ventus
cessante vento aqua frigore glaciatur. sed agitata non
Et addit glacie circumstante rates retineri et equites per tu-
te super eam glaciem equitare / Alia comparatio est in or-
bita i. rota s. orbita propterea dicatur rota vestigium Bessi
mugientes i. cuius populus Bessus sic dictus a multitu-
dine boum scindit incolida paludem sonantem propter rotas
fluctu aqua sub glacie Seua quies erat equora et rapuit a
natura sua mare dicitur a meando quia in motu est quod
modo non contingit et hoc dicit non commeat estu vibrat
resplendet imagine solis luna lumen a sole recipiens tan-
quam speculum ymaginem recipit corporis sibi obiecti i.
lunam notat ymaginem solis horrore tremore. Nam qui
timent tremere solent Capsus inmotis fix pa. tar. Immune
carine videbantur in mari fixe et dicit capsus quia de
alto cadentibus assurgitur. classes inesse immunes s. pompe-
iane tonsis remis absessis pompeianis omnem intercludentibus
commeatum nova vota quia tempestatem optabant novo
timori magno creverat saginus non sit aqua stans iners
nubila sunt celo aere languentes spes naufragii eius
erat spes quod aliis est timor Iubar sol diem lesum
nube nubilosum sensum paulatim incepit in fundo moveri
ceraunia undationes lapsa a labor laberis fluctu et vento
duo innabant. nautis incolis tellus qua volucer velox
genesus fluvius et qua Hapsus mollior i. fluctu suavis

V

plus mordens quam gressus. tremuere rapis vidit. constrictu du:
ces mutis ea. alibi propinqui fuerunt sed hic plus. Hasit
se gestare caernas palus est causa quam fallens egerit. ira:
cuat levi unda. quam aqua transiens per paludem minor
in eam intrat quam egrediatur. cum ducat secum egrediens
multam aquam paludis. Senesium vero dicit augeri solutis ni:
vibus. que aut pluvia aut sole solvuntur. Et addit ulteri:
us istorum fluviorum non fluunt per longa terrarum spacia.
cum cito ingrediantur in mare. admotum viciniis dilectis vi:
veret Iulia. sobolem filiam pignora apponitur. Et vocatur
pignus amoris communis. pignus infausti quia mox mortem
nepotis sui filii abortivit ut dictum est in primo libro.
Cesaris attonitam poterat cesar vel posse credebat habere
pugnandi copiam cum pompeio. Sed causa propter quam pugnam
distulit. erat quia antonius miles princeps cesaris in ytha
lia relictus cum parte gentis. quem cum sepe cesar adveniendi
per litteras rogasset. necnon et non venienti minatur. Nec
tamen ille veniret. Tunc cesar occulta nocte nactus navi:
culam ad eum personaliter ire parabat. Sed tempestate repul:
sus ad eos reversus est. qui de illo sic temerarie eunte
graviter sunt conquesti. Sed post modicum temporis Antonius
Et alii duces qui in ytalia remanserant nacti tempus
ydoneum ad navigandum ad cesarem venerunt. Unde secundum
hoc. hoc capitulum habet partes 13 primo ponuntur verba
que cesar ad antonium scribebat de adventu suo 2o narratur
cesar vadens ad nautam cui nomen erat amiclas et inci
pit solverat 3o amiclas consurgit e lecto cesare eum vocante
ibi molli consurgit 4to hic amiclas paupertatem suam pau
pertatem laudans ibi o vite tuta facultas 5to cesar petit
ab isto nauta ut eum in ytaliam portet magnis mune:
ribus sibi promissis ibi tu posse. Sexto respondet amiclas
non esse navigandum propter signa tempestatis future tamen
dicit se paratum voluntati cesaris obedire ibi tum paupe.
Septimo scribitur navigacio et acta praetas ibi
octavo suadet amiclas cessandum esse a navigacione ibi hoc fat
tum rector Nono cesar eum confortat sua felicitate predicens
ibi fisus tuta x° scribitur tempestas in navi fuerunt ibi
nec plura locuto xjmo cesar timet et tamquam mortuus se co
solatur pluribus verbis ibi credit Duodecimo xijo nar:
ratur quod procella proiecit navem in terram et cesar evasit
ibi hoc fatus xiij scribitur conquestio militum ad cesarem
revertentem ibi sed non tam revertens Ultimo narratur ad
ventus antonii ibi nec non hesperii hec sufficiant pro continuatione
una huius capituli cuius maior pars littera plana est mentem
attonitam stupefactam. non timore sed de studio pugnandi
meditatus leucada hoc dicit poeta quantum ad suum tempus

non quia tunc antonius meditaretur Sed postea cum pugnat
cum augusto Et sic vult dicere quod hic erat Marcus Antonius et
non lucius antonius frater suus Iam tunc peccat quid superos
causa reprehensionis prima. Et est quia dat fortune impedi-
mentum parantis Cesarem optata victoria sublimare Non
rupta alia causa reprehensionis quia non habet iter per aspe-
ras vias ut sunt silvis Nec enim debet timere mare. tamquam non
solitus navigare Ignave venire Est alia causa quia ma-
lus est miles qui non sequitur Imperatorem. quare cum Ce-
sar precesserit dignum esset ipsum sequi Et tangit autor Cesa-
ris morem. qui adverterat quod labor cum duce participatus
sit levior. non dicebat militibus suis Ite sed venite Precan-
cia alia causa querele quia videtur loqui ventis et mari
Ita frustra rogat antonius Ne retine respondet ei per
quod excusari posset antonius. scilicet quod milites nollet venire
ad quod respondens dicit quod adeo probi sunt quod etiam naufra-
gio ad pugnam venire optaret. Iam vox gravior est hec
querela quia videtur velle antonius in ytalia durari et
Epirum relinquere Cesari et pompeio Et dicit non divisimus or-
bem ex quo q.d. tua pars multo melior est quam mea Terque
quaterque multotiens excitum vocatum Dum non credit deesse sibi
~~dum non credit sibi deesse~~ una. sed si deis deesse putat deos
favere sibi et si deis favere insequitur eorum voluntatem ex-
equitur qui voluit ei victoriam concedere Cesar audet.
temptare fretum per tenebras incautas in quibus est difficile
cautus occurrencia. timuere ipsi si quis precepto regeretur
traiectus a Brundusio apoloniam per presimulacionem adver-
se valitudinis quinimo egressus maiestate sua semuli veste
occultata naviculam conscendit et effluxu fauces maris adri-
aci seva tempestate pressit protinus quod in altum dirigi ipso
navigio. multum ac diu contrariis iactatus fluctibus neces-
sitati cessit Expertus temeraria cessisse pro deo expertus
erat temeritatem suam felicem esse Prono favorabili. Iam
provida qui languidos facit. Iam peracta magna noctis
parte incipit homo somno succumbere Et tamen vocat lan-
guidam partem noctis. fortuna minor status minorum ho-
minum qui securi sunt non solliciti metu regni unde Se-
neca de paupertate dicit cum cecinit classicum scit se non peti
dicit ergo lucanus quod in corpore hominum minor fortuna
dat vires somno. dormire permittit 3a hora commoverat
vigiles secundos. dividebant romani noctem in quatuor
vigilias et quia in prima vigilabant in secunda sumerent
postea quietem et sic in singulis horis unde in Evange-
lio quarta autem vigilia noctis etc. dicit modo lucanus ho-
ram fuisse. quasi secundi iam vigiles remoti erant succe-
dentibus tertiis ardenna somno dormiciora transsiliit tra-

sunt questus conquestus propter incautam custodiam legitur
transit · circa mare rotundum stat terra tectam · quam terra
ipsi circumstans figuram habet curvam robore fulta non su:
scutata duris lignis · sed canna et iunco intexta ad modum
cratis Et erat latus undum munita · Faselo inversa Et fa:
selus navis parva dicta a phase quod est transitus · et
latus nudum vocat eam partem qua introitus est · qui
muniebatur i. claudebatur hac navicula inversa navis
versa quassantia moto hostio tectum tremebat alga her
ba maris quam siccatam lecto substernebat ideo dicit
molle quia mollem i. plumum reddebat quisnam nam est si
llabica additio seu adiectio · Et sunt verba amicle admirantis
quis speret auxilium · tam vilis case ablato aggere abla
to loco ubi iacebat fatus est ea verba Pavit inclusum
tenuem scintillam in cineres commotos Iam tepide faville sunt
sublato Ita ordinanda est litera cum sensus est quod accendit
candelam · Unde dicendum quod scintilla quando extincta
est ardens et adhuc est ignita · Sed favilla que extincta
est Unde de octavo huius · Et non in facia maris ia:
ceret favilla · funem non ponit pro papiro candele · sed
dicit funus corpus defuncti a funibus i. candelis accensis
quod ponit scintillam ignitam carbonem parvulum in
commotos ignes quia motu flamma excitatur faville pa:
rvi ponit in quo ignis servabatur fune candela sublato
sursum posito securus eryam suam non esse predam belli in civi
libus armis · quibus postebatur magna merces · Facultas
copia tuta qui diceret divicie securitatis addit paupertatem
esse munus magnum a deo datum · sed incognitum quod
probat ex eo quod hec securus fuit tempore presente et mo
veret hostium cum securitatem nulla religio nullum quod num:
inimen hec posset quam dedit illi paupertas unde dicit
templis intelligentia religionem et divinam reverentiam
et dicit muris propter munimen cogitatorium post verba
hostio aperto dux ait ora aperiens in qua magna pro
mittit munera si eum in ytaliam portaret maiora vo
tis modestis maiora quam cum modestia optarentur itaque
presumptuosum esset optare vel petere que tibi dabuntur
laxa amplificata non debebis cuncta carine · non oportebit
te alere arte gubernandi navem · non oportebit lucrum ma
num trahere quod senile officium alere te senem quia
subitis opibus implebebis penates i. domum tuam an
gustos pauperes plebeio amictu vili veste indoctis non
doctis locutionibus que non agerent de rebus publicis Est sen
sus · quod quamvis privata videbatur persona · tamen tanquam
imperator et prima publica loquebatur / Multa in hac

V

responsione ponit signa future turbationis in mari proximi p-
mum · Nam sol non rutilas deduxit in et f · i· non fuit sere-
num accidit rubicundius et dicit nubes quia eo rubedo nubium
est. Et loquitur secundum proverbium vulgare. quo dicitur rubor
serotinus serenitatis matutinus vero pluviam. tenuiores radios
aliud signum s. quod radii solis colores diversi erant per quos si-
gnificabat nothum et per consequens pluviam. partes boream
unde virgilius in georgicis. Nam sepe videmus. Ipsius in vultu va-
rios errare colores. ceruleus pluviam denuntiat igneus euros
diducta separata. aliud signum subiungitur ibi orbe quod et est quod
sol in medio. ubi difficilius est intueri propter multum splen-
dorem. languidus erat et debilis lumine adeo quod homo ipsum
poterat intueri dum erat in occasu. Ideo dicit recessit. deinde
ponit signa sumpta ex luna. Et sunt hec quod quando de no-
vo accensa est ipsa non habuit cornua gracilia nec fuit lu-
cida. Et illud spacium quod est inter unum cornu et aliud non fuit
clarum inter illud virgilii. signum obscuro comprehenderit aera
cornu Et canstere sic. Haud non exesa puros versus medii
orbis i· non habens remotanis intercisas partes medii sui
exesas. sed erat aliquid grossum et non purum. nec duxit ca-
cumina i· summitates suas lunata subtilia vero pro certo
certum ut intelligatur terra s. cornua non fuerunt lucida quod
aer fuerit comprehensus obscurus et grossus et summitates cor-
nuum non fuerunt exiles. que sunt signa pluviarum et tur-
bationis in aere Item rubuit nota signum ventorum rube-
do in luna de novo videntur signat ventos unde virgilius
semper vento rubet aurea phebe tum presaga pallens et versus
tulit ora lurida i· lumina diversi coloris vultu limo sub
nubem recta nubes est statum. presa ponuntur signa sumpta
ex motu plenarum a ventis et sono littoris. quem facit itaque
fluctuum Et hoc ibi Sed in nec motus. quod virgilius plenius
declarat his versibus Continuo ventis surgentibus aut
freta ponti incipiunt agitata tumescere et aridus altis mon-
tibus additur fragor aut resonantia longe longe littora
misceri et nemorum increbrescere murmur. Sequitur presa
aliud signum delfine quem dicunt provocare equora et da-
re signa quod equora insurgunt et movebuntur et procellas
hic piscis venit ex fundo maris tempestatem fugiens Ideo in-
certus quia non videtur scire quid faciat hic est ille piscis
de quo dicit Salinus quod navem transvolat uxorem secum
ducit et catulos suos uberibus alit. fertur quod pueris se
equitandum prebet et tutos reportat conatur ut homines
pure ab delfine portus cum perysset. ad terram cadaver
piscis debilet et se morte mulctavit Et declinatur hic
delfin fiis et hic delfinus ni. Aliud signum est quod mer-
gus avis fugit aquas. tamquam presentiens tempestatem de

mergus qui se aquis mergit Item ardea avis que habitat
inter aquas in altum volat confisa penne natanti prius vero
non ausa est volare sublimis in altum Et dicitur ardea quasi
volans ardua alta petat de his virgilius sic dicit No
tas quod paludes deserit atque altam supra volat ardea nu
bem addit lucanus signum datum a cornice que spar
go aspergens caput undis .i. percuciendo velut in eam plu
eret Et hoc est velut accipit imbrem dicit eciam illam
deambulare . Insuper dicit amiclas quod licet hec ita sint
tamen sit periculum est magnum in non credo . sed velle po
tius quod negent venti hoc iter quam quod neget ipse turba
ta vela Et loquitur yperbolice dicens quod ad motum huius
navis visa sunt sidera moveri celo Et istud est de signis
ventorum cum videntur ignes per celum decurrere qui voca
tur stelle cadentes de quibus dicunt quod ea parte spira
turi sunt venti qua currunt unde virgilius sepe et ste
llas vento impendente videbis precipites celo labi Noctis que
per umbram flammarum longos a tergo albescere tractus
terga maris post terga videbatur turbarentur horrere
longa volumina unda modo ascendit modo descendit vol
vi quod videtur Et hoc vocat volumen vel revolucionem un
darum turbida cyrrora testantur conceptos ventos que
sunt incerta futuri flatus . certum erat ventos conceptos
esse . sed incertum quis ventus esset qui spiraturus erat
ideo sequitur incertum est zephiros ne intendat an euros
austros Iterum dicit se in aere videre quod nothus esset et
cum murmure ponti cognoscere thorum esse ventorum in ma
re Ergo dicit quod nec navis nec nauta in ytaliam ire
poterant . quare sola salus est iter dimittere Et littori
propinquare Ibi fisus cesar respondet ei non timen
dum esse Et licet mare contradicat tamen felicitas erat
causa qua perficeretur optatum Et quod serviri cernit que
felicitas tanti est . quod antequam ipse desideret dat fortuna
que deprecanda sunt . Et aliis non merentur id non videtur
servire . Vnde sperat quod propter vatem suam tempestas quie
scat . quod si non contingeret tamen dicit certum esse quod ad
portum calabrie poterunt pervenire . Ultimo dicit se scire
quod fortuna ex hac procella aliquid ei prosperitatis infer
re parat . Naufragus nec ero per naufragium ne dum tum
prospero cursu vectorem a te vectum intelligi ~~mereo~~
perere . vel dicit vectorem quia videtur ipse nautam vehere
felicitate sua in tanta maris tempestate . istius causa timo
ris quia timemus ignota labor celi aeris Et fretis
hec ad turbandum mare et aerem . non nobis sorte propria

Respondet ad illud lucat vexata littora puppe prende · turbo
rapax ventorum creato · s. velivola amisit laceros cru:
dentes amisit et laceravit funes tulit pro abstulit malu
et vela et alnus · i navis sorbuit recepit sonando com:
pagibus et ruptis apertis gurgitibus liquorum Inde venit
immoratur in descriptione huius tempestatis dicens chorum ve:
ntum ab athlantico occeano · i ab occidente venientem estuz
in mare primo movisse · deinde supervenit borea q
est gelidus ventus quia a septentrione venit reperi:
rebatur estus chori dubium qz erat quis eorum vinceret
sed qui scithia aquilo superavit · qui utroque cedente durebat
mare fecit et arenas abstrusas · i absconsas sub aquis
esse vada ita discooperuit mare arenas ut per illas siccis
pedibus iri posset · quare boreas nec potuit ad saxa mare
ducere nec fluctus tollere tantum chorum et illud est non
frangit suum mare in fluctus chori et ei simul subducere
tur · i afflando apparent maria ad hoc conveniret sicut
contingit aliquibus velociter motis · qui quiescunt motore
adhuc moventur Et dicitur in versu de ventis Sed venimus aquilo
boreas et chorus ab austro · ubi dicitur quod chorus est ventus
septentrionalis · a quo lucanus hic dissentit quia dicit eum ve
nisse ab occidente quia ab athlantico occeano Euri venti
orientales nothi meridionales · dicit hos non stetisse sub car:
cere eoli qui fingitur rex ventorum · ut a virgilio 1o
Eneidos plenius narratur imbribus quia pluvialis est ven:
tus unde ovidius madidis nothus evolat alis terribilez
picea indutus caligine vultum · ergo ab omni parte dicit spi:
rasse ventos quod probat hoc signo · quia parvis procellis
unum mare transit in locum alterius · quod etiam in magnis
tempestatibus non contingebat · et hoc fuit quia unusquisque sua
partem defendebat · Mare tirrenum dicitur a tir tirrenus naute
vel dicitur quia tusciam tangit · quod alias tirrenia est dicta
Egeum ab egeo rege atteniensium qui se proiecit in illud
mare · adriaticum mare adrianum ab adriana ibi relicta so:
nat in domo pote · quia illuc transeunt et ideo sonat quia
montes percutit ibi Ita quoriens dicit quod frustra mer:
si sunt montes · et ideo dicit · quod apice mersus non e:
cum montes · belli civilis fuisset finis et dicit illa dies
cum fuerit nox intelligit eum diem naturalem · qui est ab
uno ortu solis ad aliam ortum · diem comprehendens et noc:
tem pessum i subtus adverbium loci · Non velo lit. sinu. tam va:
lidi fluctus · dicit quod ex nullo mari mediterraneo possent
tanti fluctus consurgere · Ita quod credit ex magno mari s.
occeano provenisse unda cohercens mundum ligans
terram unde occeanus dicitur quia in modum circuli terram circuidat

agit ducit finibus undarum collationem monstruosam et sicut
auctor hyperbolice narravit ita facit hyperbolicam comparacionem
cum dicit Sic rector olimpi i. Iupiter cum voluit homines per-
imere aquarum inundatione fessis sui neptuni fessus tridente
in omnem terram mare super duxit et sic non tanta ma-
ris inundacio excrevisset in altum nisi quod nubes non per-
mittebant. iunxit fulmen tunc quievit et cessavit fulminando
preparata contra homines secundo regno in regno Neptu-
ni Iupiter primum habuit regnum s. celum. Neptunus secun-
dum s. aquam pluto tercium s. terram quam Neptunus i.
mare totam cooperuit tempore diluvii Terris non passa quod
etiam sic terram non habebat cum tota cooperta fuisset Non
celi nox illa fuit nil luminis habuit obsitus cooperta
pallore obscuritate infernalis fluctus gravatur eo quod au-
getur a pluvia et ita in altum surgebat ut nubes con-
tingeret aer nimbosus nebulosus dissilit aperit obscurus
pro obscure. dicit caracterizacionem parium lux convexa super-
num celum tremuit tonitrua significat quibus omnia treme-
re videntur Axis laboravit mota compage qui inmobiles
sunt ut articus et antarticus videantur moveri. In quo
vult monstrare tonitruorum magnitudinem quia et poli in-
mobiles videntur moventur Natura timuit chaos. vult
hoc dicere quod mundus perire videretur et hanc ultimam esse
noctem chaos cum primam rerum confusionem dicunt Nox il-
ud dudum unus erat toto nature vultus in orbe Spes
una salutis dicit hanc spem habebant isti quod nulli adhuc
tanto periculo perierunt et sic vult significare nullum pe-
riculum umquam tantum fuisse Quantum leu quanta est alti-
tudo a monte leucadio usque ad mare sibi subiectum tanta
erat altitudo fluctuum super quos navis surgebat et cum
unde tumentes hiant i. aperiunt se tunc navis remanebat
in fundo et circumstantes fluctus arbori navali equabantur
et quandoque navis in remanebat in terra et aliquando vela
tangebant nubila Nam pelagus exhaustum in tumulos ea
parte qua sedet ex una parte cumulabatur aqua ex alia
evacuabatur ideo parte discooperta non celat arenas
et omnis unda est in fluctu omnis aqua in motu est. Me-
tus vincit opem artis. propter timorem nescit uti arte
sed innatur pugna maris. unus enim fluctus navem
evertisset nisi contra alius veniens ipsam sustentasset
nec timent ea que alias timenda fuissent. saxona humilem
insulam planam super quam equore supereffuso naves
illuc impulse perierunt. de quo dictum est pre funditur
quore saxon. dicit humilem vadis. scilicet tanto quod aqua non crescit
tam quod super eam vadi non posset. Sed non potest navigari [illegible] et timent
littora tessalie. Nec portus ambrachie insule sed cerau-
nia i. elevationes undarum scopulosa que sunt periculosa [illegible] scopuli saxorum

Credit iam dig̃ · non sine causa tantum invocatus est autor
certa supradicta · quia nō erat verisimile Cesarem tim=
ere · nisi magna et manifesta pericula perspexisset cumque vba
ad hec spectant vt consoletur se equo animo et securam · morte
passurum · dicit ergo interrogative / videtur ne deis tam difficile
fuerit vt in morti succumbam qui tanta me pugnant tam
parva navicula immergantem · certe si debet maior gloria
rei de morte mea · s. quia mori me cogerit · Et nec michi
repugnare concessum est · ego intrepidus eandem mortem suscipiam
a deo datam · quo autore cuncta proveniunt · Nec timeo · licet
ista mors nō perducat in ingentes actus quos incepi quia
satis feci magna / videlicet · quia viri gentes septemtrionales et
solo metu arma inimicorum meorum subiecti · sunt et Pom=
peius minor me · qui nō patiebatur ferre parem · Insuper habui
omnem potestatem et dignitatem romanam · sum hos adeptus ho=
nores cogendo populum dare a quibus per bellum repe=
llebar · mortem nō hanc nemo sciat nisi fortuna · nec o=
pto aliam sepulturam nisi quod cadaver meum sit in aqua ius=
tum vt semper metuat et expectat consurgere se licam Nesci=
et quisquam me mori privatum / solum sine honoribus in
dignis · quamvis consul et dictator eam ad umbras Stigi=
as nisi tu o fortuna que sola es conscia meorum vo=
torum · quia nemini dixi propositum meum · nec quo ibam
sed me ubi commisi ardua se licam Decimus fluctus levat
fatum hoc cum invalida puppe quod est supple mirabile
dictu sensus est quod dum decies afflictu in altum sublevatus
erat · sed cum alias post elevationem deprimeretur nec pro=
iectus est a fluctu extra aquam / Ideo dicit nō decidit ab
alto aggere cumulo aque · sed unda pertulit sup̃ illum
litus ubi littora angusta vocat / vbi vacua sunt saxis
scruposis / acutis et asperis Et hoc ne lederentur / in=
posuit tot regna tot urbes terre in terram vocavit reparem
urbes et regna quia illo perierunt / a statu suo recidisset
illa Tempus recepit fortunam suam · solitam felicitatem sed rem=
eans non potuit ita occulte redire · sicut discessit Ideo sui
circumstant eum comp[illegible]entur et plorant Et hoc est turba
circumfusa duci mesta [illegible]vocant eum querelis nō ingratis
placidis qui gaudebat suos dolere de periculo · ad quod se ex=
posuerat · Et hoc quia ei multum timerent quem multum
diligerent · quare signum erat eum diligi gemitu scilicet confi=
tebantur et plorabant quorum vba ponuntur ibi quo te / q3
sunt hec · temerarie et crudeliter egisti se crudo · temeritas se
probatur ex hoc · quia ibas ad certum periculum sine spe
salutis · crudelitas vero ex hoc monstratur · quia reliquisti tot gen=
tes et populos ad mortem qui salutem hre nō possunt
nisi te salvo · debebas eciam velle vt mortem aliquis tecum
veniret [illegible]moreretur · Nec fuit causa sufficiens te tanto periculo

V

comittendi . quia dormiendo . ex non sensimus abeuntem cum
ad tam dubios casus solet extrema necessitas compellere Tu
vos qui estis iam duces mundi . et talibus comisisti . certe hic
senior deorum et fortune felicitas pro toto bello suffecisset .
Sed tu felix naufragio ab ipso [illegible] esse quam rerum duces
maluisti . Virtus temeraria Contrario epiteto est cum teme-
ritas sit vicium . unde intelligendum est hoc factum videri
virtutem fortitudinis . sed secundum veritatem fuisse temerita-
tem et sic apparentem virtus extrema vicium Tot fata in
mortem vilis animas vilis vitas [illegible] esse superstes tuis fatis
non remanent post mortem tuam Et sic tecum mori crudele
crudelem permisisse intellige decet interrogative Regendo lassas
fatigas deos qui multociens favendo fatigabuntur Et hic
est quod per longam felicitatem solent homines dubitare Et hic
diffusa pulsa composuit mitigavit undas tumentes nocte
primis intumuerant ventis pars qui cessaverunt Et est sensus
quod talibus dictis iam dies supervenit et mare quietatum
est et serenitas facta . Recondo hesperii Narrat duces
et partes que cum antonio in ytalia remanserant solvisse
naves suas et flante borea navigasse per diem cum defici-
entibus propius sicut super terram incederet instructo agmine sed
adveniente nocte a suo ordine discesserunt sicut coacte sicut grues
propter frigora a tracia descendentes ordine quodam volant sed
noto impellente eas eorum ordo turbatur . Ergo die vento for-
tius spirante preterierunt lissum opidum . ad cuius portum ire
frustra temptaverunt deinde quietato aquilone et borea . a
austro flante nicheum portum applicuerunt equore lassa-
tum . fatigatum a dicta tempestate et intelligit lassa-
tum id est quietatum . ponit quod quod pervadit pro eo quod sequitur
per laborem cum lassatum libenter quiescunt Boream puerum
qui facit serenitatem extra dorsum ut patet incedunt
Strimona gelidum fluvium tracie quem grues adveniente
frigore hyemis relinquunt et [illegible] ad nilum de quibus fe-
runt ne illis noceat vis ventorum [illegible] portant arenas et tene-
rum castigat et postquam fessa [illegible] tarde volantes
si qua lassa fuerit ab aliis [illegible] est scala fecerit
[illegible] dimittunt et lapides quibus [illegible] mare [illegible]
templatos senserint varias figu[illegible] [illegible] [illegible]
in circulum . nunc aliis modis [illegible]
perit vocatur literam figuram [illegible]
liter Undique collatis hac volumin[illegible]
partes dividit In prima narratur [illegible]
secunda subiungitur causa que eius propo[illegible]
in 3a ponit autor verba quibus uxorem alloqui[illegible]
scessit . In quarta ipsius responsio et querela [illegible]
quinta discessus in sexta quid in nocturna quiete [illegible]

per corneliam actum est. Ubi secunda heu 3a ille gemens &c
rupta 7ta sic fata. 8ta que nox dicat in premia quod fo-
rmidans videns auxilia cesaris undique convenisse et iam pugne
periculum propinquare putavit agendum, ut cornelia que sem-
per erat iret in insulam que vocata est lesbos ut a bellico disc-
rimine procul esset et tuta maneret [illegible] adesse summa disc-
rimina maxima periculum. duci martis undique [illegible] collat-
congregatis decrevit statim seponere coniugem omnibus com-
[illegible] vocat rodus. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] maxima
est in [illegible] in uxorem [illegible]. cornelia [illegible] est In secunda
parte ibi heu quantum dicit quod amor coniugis habet domi-
nium in bonis viris et iustis quia amor fecit hunc pompe-
ium qui iustus est ut nollet corneliam uxorem suam sub
eo periculo manere sub quo erant milites et principes mundi.
Et quantus amor hic erat audiretur per eo quod plures [illegible]
paratus loqui de discessu destitit. tempus quod interponebat ad
moram. Item in nocte appropinquante iam die cornelia
sensit pompeium lacrimantem. que cuncta amorem ostendunt
et quod nimis egre ferebat eius discessum. iusta verius in
galis. amor ardenter in mentes [illegible] iustus et si debitus
amor est in bonis viris sola tamen sunt illud si nollet
stare sub ictu fortune sub quo erat mundus [illegible] diss-
ventum ventura indulge more [illegible] sunt [illegible]
[illegible] studio [illegible] studio operam dat eo quod [illegible] quietis somni
fauet calore vetat pectus pompei gaudium [illegible] plenum
cogitamine adversis repugnantis operibus [illegible] illud
omnium de verius loquentis. non solet in [illegible] illa venire [illegible]
vos toto volui toto ignota adverser deprende amplexari
In illa parte ille gemens pompeium sic loquitur simul cum ge-
mitu vita nos est [illegible] [illegible] mori ex quo me tedet vi-
vere. causa tedii est quia [illegible] tempus advenit quo recede-
dum tibi sit a bello [illegible] pugna in brevi futura est
cum cesare [illegible] [illegible] omnibus suis viribus nec petit
inmorari [illegible] timere te non [illegible] propositi
sed [illegible] [illegible]

II